Granado *Malus punica.*
Granças. *Acus,eris.*
Grande. *Magnus,a,um. Grandis,e.*
Grande de cuerpo excessiuamente. Homo inusitata magnitudine: extraordinaria, immoderata, præter naturę morẽ. Homo vastissimus, immanis, magnitudine immanis. Homo immensæ, inusitatæ magnitudinis. Vastior, quã ipsius naturæ mos ferat.
Grandeza. *Magnitudo,inis.*
Grandeza de coraçon. *Magnanimitas,tis. Magnitudo animi, Celsitudo animi.*
Granja. *Villa,e. Suburbanũ,i. Suburbiũ ij. Fundus suburbinus.*
Grangear. *Paro,as, acquiro,is.*
Granillo de vua. *Vinaceus,ci, acinus,i.*
Granizo. *Grando,inis.*
Grano. *Granum,i.*
moribus aliquem persequi.
Grito. *Vocis intensio.*
Grossura. *Pinguedo, crassitudo.inis.*
Gruessa cosa. *Crassus, pinguis, obesus.*
Grossero. *homo rustic⁹. agrestis, incult⁹.*
Grosseramente. *Impolite rusticè.*
Grulla. *Grus,uis.*
Gruñir. *Grunnio,is.*
Gruñido *Grunnitus,us.*
Grupera. *Postilena,æ.*

G ante V.

Guadaña. *Falx,cis.*
Guai. *Væ,hei.*
Gualdrapa. *Stragulum,i.*
Guante. *Chirotheca,æ.*
Guarda. *Custodia,æ.*
Guarda, el que guarda. *Custos,dis.*

Gota de manos. *Chiragra,æ.*

Gotera. *Stillicidium,ij.*

Gouernar. *Guberno,as. Administro.*

Gouernò muy biẽ su republica. Sanè fœliciter Remp. gessit, administrauit. Summa cum laude Reip. præfuit. Ad gubernacula Reip. sedit, clauũ Reip. tenuit, gubernacula Reip tractauit, satis fœliciter tenuit. Sapienter Remp. moderatus est.

Gouierno. *Gubernatio,onis, administratio, procuratio.*

Ya se le acabò el año de su gouierno. Annuo munere perfunctus est. Annui muneris finem attigit. Annum administrationis munus obiuit. Annum curationis tempus cõfecit, decursuam administrationis curam

...[illegible] en el hablar. *Lepos,oris.*

Gracioso. *Lepidus, facetus, & dulcis, festiuiq; sermonis, festiuus, cuius dictis, facetijs, iocationibus, mire capiũtur omnes in quo multũ est salis, homo sale, & facetijs cõditus. In quo summa est iucũditas, & magnus in iocando lepos.*

Graciosamẽte *Lepide festiue, belle, scite argutè, ingeniose, venuste.*

Gracias. *Gratiæ,arum.*

Dar las gracias a alguno. *Agere alicui gratias, gratum se alicui verbis ostendere. Vide.* Agradecer.

Gracia, o cabida. *gratia,æ. Vide.* cabida

Gracioso, o debalde. *Gratuitus, sine pretio, & mercede.*

Graciosamente, debalde. *Gratis, gratuito sine pecunia.*

Grada. *Gradus,us,*

ELVCIdarius Poeticus,

CONTINENS HISTORIAS POETICAS, FABVLAS, INſulas, Regiones, Vrbes, Fluuios, Monteſq; inſigniores, atq; huiuſmodi alia, omnib. adoleſcētibus in Poeſi uerſantibus oppidoquā neceſſarius, collectore Hermanno Torrētino.

Antuerpiæ, ex officina Martini Cæsaris. Anno salutis

M. D. X X X V.

HERMANNVS TORRENTINVS LECTORI S.D.

CVm permulta quotidie in lucẽ prodeant elegantia carmina a doctiſs. ingenijs elucubrata, in quib .tamen aliquæ ſemper difficultates ſunt, quæ rudem maxime lectorem teneant irretitum, ſæpe rogatus ſum a pleriſq; ſtudioſis vt in hoc aut illud poema commentariolum ſcriberem. Quorũ precibus ſemel atq; iterum (q̃ mea facilitas, ne dicam temeritas eſt) vt potui ſatiſfeci. Tandẽ vero animaduertens in diuerſis & multis libris, vnum atq; idẽ ſæpius explanãdum occurrere, operæpretiũ duxi fore, ſi in vnum libellum redigerentur ea vocabula, quibus poetæ frequẽtius vtuntur, Hoc eſt fabuloſorum deorum, illuſtriũ hominũ prouinciarum, inſularum, urbium, fluuiorꝝ, fontium, & montium nomina. Item patronymica quæ magnam ſæpe nubem legentib. obijciũt. Hic igitur multas poeticas fabulas, multas etiã priſcas hiſtorias, quãta potuimus breuitate per ordinem alphabeti collegimus ſtudioſis lectoribus, quibus aliunde non eſt adiumentum, prodeſſe cupiẽtes. Quod opuſculum nr̃m nõ in poeſi tm̃, ſed in hiſtorijs ẽt ſanctorꝝ p utile futurũ exiſtimamus, cũ hic veluti in ſpeculo videre liceat, vbi terrarꝝ ſint ea lo

ca, in quibus sancti hoies aut vixerũt, aut mortui sunt. Quæ oia vt facilius inuenias amice lector, scito ꝙ orthographiã secuti, multa noia quæ initio sonãte, scripsimus ꝑ æ vel œ, vt Aegyptus, Oebalia. Multa etiã q̃ sonãt f, scripta sunt per ph, vt phlegeton, phaẽton, qđ aliq scribũt male phœton vel phæton. Debes ergo diligẽter qđ scire vis q̃rere, nec vno tm̃ loco, sed pluribus, quia forsan inter aspirata cõperies, qđ alibi quæ rebas. Vt aũt huic opusculo fides habeatur, nouerint qui legẽt id ex multis & ꝓbatis autoribus esse collectũ, videlicet ex Sallustio, Liuio, Strabone, Plinio, Iustino, Vergilio, Nasone, Perotto, Tortellio, a q̃ tñ interdũ grauiori fretus autoritate desciui. Ex varijs ẽt poetarũ interpretibus aliq̃ sumpsimus, & ex græco itẽ vocabulario fratris Ioannis Castroni Carmelitę, qđ Λεξικόν κατὰ στοιχεῖον inscribit. Porro nemo culpet qđ fabulas scripsimus, q̃ etiã in sacris libris qñ ꝗ sunt necessarię cognitu, qđ is demũ fatebit, q diui Augustini, diuiꝗ Hieroñ. scripta ꝑlegit. Verũ a plurib⁹ est iãpridẽ accurate defẽsa cã poeseos, nec tñ vnꝗ defutur⁹ ẽ neqssim⁹ zoilus oĩ zeoꝝ q de lr̃is bñ mereri studẽt, ĩpudẽtissimus calũniator. Vale.

ABas rex duodecimus Argiuorꝝ, pater Prœti Acrisij, & au⁹ Persei. Qui oēs ab ip̄o appellātur Abantiadę. Abas ali⁹ fuit Troian⁹ nobil̄ & comes Aęneæ, et facit gtīn Abātis.

Abātis insula q̄ ēt Euboea dicitur.

Abantes populus Euboeæ insulæ.

Abatos media curta, īsula finib⁹ In Aegypti circa Memphin, circundata styge palude. In qua insula sepultus fuit Osiris rex, de quo infra.

Abdera e longa, vrbs Thracię. Alio noīe post dicta Clazomene. Inde Abderites. s. aliqs d̄ Abdera

Abydus y lōga, fuit vrbs Asiæ ad Hellespōtū sita, patria Leādri, de quo īfra abyde⁹ vł abyden⁹.

Abyla ē altus mōs Mauritaniæ ad mare, qd̄ Africam separat ab Europa.

Abylæ vero opposit⁹ est mōs Calpe in Hispania, & hi mōtes vocātur colūnæ Herculis.

Aborigenes erant antiquissima gens per Italiam sparsa, qui tandem cū Troianis Romā cōdiderūt vt ait Sallustius.

Absirthus filius Oetę regis Colchorꝝ. Alio noīe Aegialeus, quē soror eius Medea sequens Iasonē lacerauit, vt sic retarderet patrē volētē eā retrahere a fuga, vñ locus ille dictus est Tomos, id est incisio.

Academia fuit locus nemorosus, mille passib⁹ distans ab Athenis, & ab Academo quodā heroe denoīat⁹. In hoc loco fuit villa vbi Plo nat⁹, et philosophat⁹ est. Vñ Academici phī dicti sunt, qui Platonē seq̄bantur. Erāt ēt noui Academici q nihil affirmabāt, & nihil scire posse asserebāt. Item Academia fuit ēt villa M. Tullij ī Cāpania iuxta (puteolos.

Accarō vrbs Palestinę in Iudea.

Achaia est ampla regio Gręcię & pene insula: nā Aegęo & Ionio mari cingitur, pręter exiguā par

tē. In vño fine quo duo maria ꝑdicta cõueniũt. ſi ta fuit Corith⁹, vrbs olī ditiſſima. Eadē regio ēt dicta ē Pelopõneſus & Danaa, nũc vulgo Morea Acheus & Achiu⁹, eſt aliqs de Achaia. (vocatur.

Achæmenes penul. breuiata, fuit prim⁹ rex Perſarum, a quo poſtea reges oēs deſcenderũt vſq; ad Dariũ, & vocati Achemenide.

Achemenius. i. Perſicus, vel Parthicus. Lucanus. Paſſus Achemenijs lõge decurrere campis, ab Achemene rege.

Achantus fuit puer regius cõuerſus in arborem, Eſt em̄ ſpina Aegyptia ſemp frondēs.

Acarnania eſt regio, & pars Epiri, quã Achelous amnis ab Aetolia ſeparat. Hinc Acarnanus, id eſt aliquis de illa prouincia.

Achates fluuius Siciliæ, & lapis apud illũ fluuiũ primo repertus. Item ſecundum Vergilium fuit comes Aeneæ.

Aceſtes rex Siciliæ, filius Crimniſij fluminis, & ſe geſte Troiane.

Achelous filius Oceani & Tethyos, cũ Hercule duello certauit ꝓ Deianira filia Onei regis Calidonie, Sed vidēs Herculē fortiorē, ſe vertit prio in ſerpētē, deiñ in taurũ, cui Hercules āputauit cornu qđ copie comiti Fortune datũ eſt. Tũc ictus Achelous, ſe occultauit in fluuio, qui ab eo denominatus ē. Nã re vera Achelous eſt fluui⁹ Grecie, qui oritur in mõte Pindo, & Aetoliã ab Acarnania diuidēs, tandem in Maliacũ mare deſcēdit.

Acheron dicitur a Poetis fluuius inferorũ, quaſi ſine gaudio. Itē ſcđm Pliñ. eſt fluuius Lucaniæ Seruius aũt ſcribit eē locũ in Cãpania montibus ſeptum, vbi Necromantia exercebatur.

Acheruſia palus iuxta Cumas, oriēs ex Acherõte, Itē lac⁹ Theſprotie in Epiro, ex quo lacu ꝓfluit amnis Acheron, q in Ambratiũ ſinũ defertur,

Acidalia dicitur Venus, ab Acidalio fonte Bœotię, qui facratus fuit Gratijs & Veneri.

Acontius iuuenis ex insula Cæa profectus in Delũ ad sacra Dianæ, exarsit in amorẽ Cydippes puellę nobilis, vnde nouam fraudẽ commentus scripsit in pomo hos versus.

Iuro tibi sane per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem spõsamq; futuram.

Hoc pomũ acontius iecit in sinum Cydippes. Quæ versus legẽs iurauit iprudẽs, & illi nubere

Achilles vel Achilleus, he- letiã morbo coactaest ros grecorꝝ fortiss. fili⁹ Pilei regis Thessalię & Thetidis filię Chironis, occisus tãdẽ fraudulẽter a Paride apud Troiã in tẽplo Apollinis, quo uenerat sub ĩducijs, vt duceret Polyxenã filiã Priami. Fuit aũt inuulnerabilis, pterq̃ in parte pedis. q̃ Thetis eũ puerũ tenuit, dũ ei⁹ rei gratia ipsum aqua Stygia ĩmersit, sepultus fuit in Sygeo pmõtorio Troiæ.

Acmonides vnus Cyclopũ, vide Brontes.

Acrisius rex argiuorꝝ, filius abantis, qui cũ haberet vnicam filiam noĩe Danae, & audisset ab oraculo, q a nepote suo esset occidendus, filiam in turri conclusit, ne filius ex ea nasceretur. Vide infra Danae. Alius fuit Acrisius auus Vlyssis.

Acroceraunia sunt excelsi montes Epiri, diuidẽtes Ionium mare ab Adriaco. Alij sunt eodẽ noĩe mõtes inter Armeniam & Iberiã, dicti a fulminib. quibus impetuntur. Nam ἄκρος mons vel summitas, κεραυνός vero fulmen

Acrocorinthus est altus mons inter Aegeũ & Ionium mare, sub cuius radice est vrbs Corinthus.

Acron fuit Ceninensiũ rex in Italia, quẽ Romulus singulari certamine vicit & occidit, & eius arma Ioui Feretrio vt opima spolia dedicauit.

Actęõ aristei filius, ex antonoe filia Cadmi, cũ post venationẽ petisset secretũ fluuium, viditibi Dia

nam se nudam lauantem, quæ indignata mutauit eum in ceruũ, & cũ domũ redire vellet, laceratᵘˢ est a canibus suis. Ouidius
Inscius Actæon vidit sine veste Dianam,
Præda suis canibus non minus ille fuit.
Actium oppidum Epiri, & promõtorium ad mare, vbi Augustus Antonium uicit nauali prælio.
Actorides. i. Patroclus, nepos Actoris.
Adiabena regio orientalis, prope Assyriam.
Admetus e producta, fuit rex Thessaliç, cuiᵘˢ armẽta nouem annis pauit Apollo.
Adonis o produ. filiᵘˢ Cynare regis, ex Myrrha filia sua. Qui cũ formosus eẽt, amabatur a Venere. Tã dem ab apro necatus est, cui & annua lugendi festa sunt instituta, & cruor in florem mutatus fabulatur. Tẽplũ habuit Adonis in Biblo vrbe Phœniciç, vbi pater eius regnauerat. Item Adonis dicitur fluuius prope Biblon vrbem.
Adrastus rex Argiuorum, qui Thebanis bellum mouit pro Polynice genero suo.
Adria fuit vrbs Italiæ, ad mare qđ ab ea vocatur adriaticũ vel adriacũ. Ponitur ẽt adria ꝓ ipõ mari
¶ SEQVENTIA SCRIBVNTVR per æ diphthongon.
Aeas fluuius Epiri, ex Macedonia profluens in Ioniũ mare. Luca. Purᵘˢ ĩ occasum pui sed gurgitis æas.
Aeacus Iouis filiᵘˢ ex Aegina, qui regnauit in insula Enopia, quam ipse vocauit a noĩe suæ matris æginã, hic dicitur esse iudex inferorũ cũ Rhadamãto & Minoe. Ouiđ. Tuasq; Aeacus in pœnas ingeniosus erit.
Aeacides. i. Achilles æaci nepos. Nã æaci filius, fuit Peleus pater Achillis.
Aedon mons Thraciæ. Inde ædonus possessiuum. Virg. Ac velut ædoni Boreæ cũ spũs alto &c.
Aedonis dicitur mulier e Thracia.

Aedon per tres syllabas, est philomela.
Aeeta vel æetes, rex Colchorum. pater Medeę. Stati⁹
Nō tulit Aeetes ferroq́ꝫ & classe secut⁹. Inde Aetias patronymicū .i. Medea filia Aeetę.
Aeca vrbs Colchorum ad Phasim fluuiū.
Aegeus rex Athenarū pater Thesei, q ob dolorē quē de falsa filij morte habebat, se deiecit in mare, qđ ab ipso vocatur Aegęum.
Aegęū mare est, & ꝓpe Grecia amplū, & multas habens insulas: dictū ab Aegæo rege, vel a quodam in eo saxo, quod habet speciem ægos .i. capræ: est autem inter Hellespontum & Tenedum.
Aegeon fuit gigas, Titani & terrę filius, qui & Briareus dicitur. Quem Ioui rebellantem Neptunus ligauit ad scopulos Aegęi maris. Stat. Audierat duros taxantē Aegeona nexus. Verg.
Aegæon qualis centū cui brachia dicunt,
Centenasq́ꝫ manus quinquagita oribus ignē.
Aegina filia Aesopi regis bœotiæ, quā Iuppiter in spe ignis grauidauit, & ex ea genuit Aeacum & Rhadamātū. Est ēt insula in qua regnauit Aeacus, q̄ pri⁹ Enopia dicebatur, sed vt ait Ouiđ.
Aeacus Aeginā genitricis noīe dixit.
Aegeria fuit nympha nemoris Aricini, & vxor Numę regis, quo mortuo, ipsa præ fletu versa ē in fontē vt fabulatur Ouiđ. 15. Metamor.
Aegyptus est regio Africe, q̄ ab oriente iungitur Assyriæ & rubro mari, ab occidēte Cyrenē habet, a Meridie Aethiopiam: a Septētrione mare Aegyptiū. Pliñ. tñ Aegyptū ponit in Asia, sed proxime Africam.
Aello per tres syllabas, est Vna de Harpyis,
Aegisthus filius Thyestis ex Pelopeia filia sua. Cū eñ Thyestes adulterasset Heropē vxorem fratris sui Atrei, Atre⁹ filios fratri soccidit, & illi comedēdos apposuit: Thyestes vero ex oraculo didicit

qđ ex filia sua aigneret filiũ q vindicaret hoc ne fas, Igitur Aegisthus cũ adoleuisset occidit Atreum, deinde ci⁹ filiũ Agamemnonẽ adiuuãte Clytemnestra Agamẽnonis vxore. Ipse quoq; Aegisth⁹ ab oreste filio Agamẽnonis perẽpt⁹ est.

Aegioch⁹ dicitur Iuppiter ab ægos. i. capræ memoria, a qua fuit puer nutritus in Creta insula.

Aegle fuit nympha, filia solis ex Neæra.

Aegos fluuius Thraciæ in quẽ decidit de sole saxum eo die quo prædictum erat ab Anaxagora philosopho.

Aemilia est regio Italiæ, q̃ & Flaminia dicitur, in qua Bononia est & Imola & Rauenna.

Aeneas nobilis Troian⁹, Anchisæ & Veneris fili⁹ post excidiũ Troianũ, post lõgos errores in Italiam venit, vt scripsit Vergilius.

Aeolus filius Iouis ex Acesta filia Hippotę Troiani a quo dicitur Hippotades. Ouid. Aeolõ Hippotaden cohibẽtẽ carcere vẽtos. Hic regnauit ĩ Aeolia & inuenit rõnẽ ventoꝵ, & flat⁹ illoꝵ p̃dixit vñ rex & Deus ventoꝵ dicitur a poetis.

Aeolia est regio septem insularꝵ inter Italiam & Siciliã, q̃ & Vulcanię dñr. f. Lipare, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphisa, Phœnicusa. Prochyta.

Aeolis vel Aeolia, est regio Grecoꝵ, in Asia, inter Ioniam & Troadẽ sita, hinc dicitur Aeolica lingua vna Grecoꝵ.

Aeolis, i. filia Aeoli, noïe Canace. Vide Canace.

Aemonia est regio Grecię, alio noïe Thessalia.

Aem⁹ est mõs Thracię, vel inter Thraciã ac Thessaliam.

Aenocauma est mõs excelsus in Aethiopia semper ardens.

Aeropis o producta, fuit vxor Atrei a Thyeste adulterio corrupta. Ouid. Si non Aeropem frater sceleratus amasset.

Aesac⁹ fluui⁹ Troian⁹ ad Idam montẽ. Item filius

Priami regis, qui cum in sylua sequeretur Epiriā puellam, & illa fugiens, a serpēte fuit occisa, ipse doloris & amoris impatiētia, cū de scopulo se ieciſſet in mare, a Thetide mutatus eſt in auē mergum, vt ait Ouidius. 11. Metamor.

Aeſchynes orator Atheniēſis, æmul⁹ Demoſthenis

Aeſchylus Poeta Grecus tragicus antiquus necatus ab aquila teſtudinem ſuper caluum caput ei⁹ dormientis demittente.

Aeſculapius Apollinis & Coronidis nymphæ filius, medicinæ deus habitus. Item a Ioue fulmine occiſus, eo ꝙ Hippolytū arte medica reduxiſſet ad uitā. Colebatur hic primo Epidauri, unde uocatur Epidaurius. Et colebatur i ſpecie ſerpētis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tēpore peſtilentiæ, ut Aeſculapium Romam portarent, ſerpens grandis nauem ingreſſus eſt, quem illi deū Aeſculapium eſſe rati, ſecum duxerunt.

Aeſquiliæ mons aut locus in vrbe Ro. Alij ſcribūt Exquiliæ. Vide infra in E.

Aeſon Critei filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ, & pater Iaſonis, qui ab eo vocatur Aeſonides. Aeſonem vero Medea rogatu Iaſonis de ſene iuuenē fecit ſuis veneficijs.

Aetra uxor Aegei, materꝗ Theſei.

Aetna mōs Siciliæ, quōdam ꝑpetuo igne terribil, & qñꝗ globos igneos lōgi⁹ emittēs. Inde ætne⁹

Aetolia eſt regio Græciæ inter Acarnaniā & Phocidē, in qua ſunt vrbes Calidon, Clenos & Pleuron Aetolus o produ. aliquis de Aetolia. Verg.
Non erit auxilio nobis Aetolus & arpi.

Aethon vnus equorum ſolis. Item equus Hectoris & Palantis ſecundum Verg.

Aethiopia eſt regio inter Arabiā & Aegyptū verſus auſtrū, nigros homines præ nimio calore producens. Vnde dicuntur Aethiopes a Græco verbo

æthos

ætho quod est vro vel incendo.

Agamemnon fili⁹ Atrei rex Mycenarꝝ & frater Menelai, quia Troiano bello reuersus a Clytēnestra vxore & Aegistho adultero fuit occisus.

Aganippe fons in Aonia Musis sacer, vnde Musæ dicuntur Aganippides.

Agathirsi populus Scithicus ceruleo capillo.

Agathocles tyrannus Sicilię humili genere natus, vtpote figuli filius, qui per multa scelera inuasit tyrannidem, multaq́ʒ gessit bella cum Carthaginēsibus varia fortuna, de quo Iustinus 22.

Agaue filia Cadmi, & vxor Echionis, que inter bacchanalia filium suum Penthea regem Thebarū necauit. Hora. Quid caput abscissum demēs cū portat Agaue &c. Iuue. accipit pro Thebaide Statij. Esurit intactam Paridi nisi vendat agauem.

Agenor e lō, rex Phœnicū fili⁹ Beli & pater Cadmi

Agilla vetus vrbs Thusciæ, quæ & Cere dicta est.

Agylleus est agnomē Apollinis, ab eo ꝙ in vijs publicis colebatur. Nam agyia est via.

Agis rex Lacedęmoniorū, occisus a suis ciuibus in carcere, eo quod leges Lycurgi reducere, & bona publicare vellet.

Aglaia est vna gratiarū, & interpretatur claritudo

Agtagas oppidum Siciliæ, quod & Agrigentū dicitur.

Aglauros filia Erithei regis Athenarꝝ, a Mercurio ī saxum mutata. Ouid. 2. Metamor.

Agrippa filius Aristobuli filij magni Herodis, a Tiberio Cæsare coniectus in carcerem, sed a Caio Cæsare rex Iudææ factus.

Agrippa ali⁹ fuit inter proceres Augusti, victoria nauali contra Sextum Pompeium insignis, & gener Augusti.

Agrippina fuit filia Marci Agrippæ prædicti. Alia fuit mater Neronis, quę post viri mortē Claudio

Cęsari nupsit, & filio suo imperiũ obtinuit, ad suã & totius vrbis perniciẽ. Itẽ Agrippina ẽ insignis vrbs inferioris Germaniç metropolis & Colonia Romanorum. Vñ vulgo dicitur Colonia.

Aiax Telamonis filius, ex Hesione filia Laomedõtis, fortissim⁹ Gręcorum post Achillẽ: sed Achille occiso cũ illius arma peteret Aiax, & Vlysses eloquẽtia sua a iudicib⁹ illa accepisset, Aiax p̄ ira insaniẽs, pecora multa occidit, credẽs Vlyssem cũ socijs illi⁹ se occidere. Deinde ẽt seipm̃ occidit, de cui⁹ cruore (vt ait Ouid.) flos Hyacinthus creuit. Alter eodẽ tp̃e fuit Aiax Oilei fili⁹ rex Locrẽsiũ, velox pedibus, & perit⁹ hastę vibrandę, hic capta Troia Cassandrã virginẽ & vatẽ in tẽplo Palladis violauit, ꝓpterea domũ repetẽs, fulmine exustus est in mari cum sua naui.

Alani populus Scythicus ꝓpe Istrũ. Lucañ. Et se querer duros æterni Martis Alanos.

Alba fuit vrbs in Latio, condita ab Ascanio filio Aeneę, quã Tullus Hostili⁹ rex Roman⁹ euertit. Est altera Alba ciuitas Lõgobardię, a qua fit Albẽsis. Nã a priore Alba dicitur Albanus.

Albania est regio orientalis inter Colchũ & Armeniã. Altera nũc vocatur Albania, iter Illyricũ & Macedoniã, in qua est vrbs Dyrachiũ.

Albula est fluuius ex Apennino Romã fluẽs, alio noĩe Tiberis, sed Albula nomẽ antiquius est.

Alburnius mõs Lucaniæ.

Alcę⁹ poeta lyricus mitylenęus, Sappho: Nec pl⁹ Alcęus cõsors patrięq; lyręq; Laudis habet quã uis grãdius ille sonet: alius fuit auus Herculis.

Alceste vel alcestis fuit vxor Admeti regis Thessalię, q̃ ꝓ viri salute se morti tradidit. Nã rege ęgrotãte rñsum fuit ab oraculo, qđ breui moreretur, nisi qs amicorum ꝓ eo morti se traderet, qđ cũ oẽs recusarẽt, ipsa prõptissimã se obtulit.

Alcibiades vir Athenienſis pulcherrimus, nobiliſſimus, eloquẽtiſſimus, & bellicę rei peritiſſim⁹, ſed ita plenus oĩbus vitijs, vt neſcias, vtrũ virtute an malitia fuerit inſignior.

Alcida fuit belua terribilis, & ignẽ vomens, a Pallade tandem occiſa.

Alcides i producta, dicitur Hercules, vel ab Alceo auo ſuo, vel a Greco noĩe Alci, qđ eſt robur.

Alcinous rex Pheacum in Corcyra inſula diligẽs hortoꝵ cultor, qui Vlyſſem naufragum perhumaniter accepit.

Alman poeta lyricus primus, pediculari morbo mortuus.

Alcmaus vel alcmeon fili⁹ Amphiarai auguris, q̃ in vltionẽ prĩs ſui, mrẽm occidit. Vide ĩfra Eri

Alcmena Electrionis filia & Amphitryo (phyle. nis vxor, ex qua Iuppiter genuit Herculem.

Alcmęon Crotoniates phũs, auditor Pythagorę, qui primus de natura rerum ſcripſit.

Alcon ſagittarius Cretenſis, cuius filium cũ draco cõplexus eſſet, tanta arte ſagittã direxit, vt illæſo filio necaret draconem.

Alecto eſt vna triũ furiarum infernalium: aliarũ nomina ſunt, Megera & Tiſiphone, & dicuntur filiæ Acherontis & noctis.

Aleria vrbs & Romana colonia in Corſica inſula.

Alemani ſunt Germani vel Teutoni, dicti ab Alemano fluuio, vel Manno filio Teutonis.

Alexãdria vrbs ægypti caput, ab Alexãdro magno cõdita ꝓpe oſtiũ Nili, qđ Canopicũ dicitur aliã eodẽ noĩe ſtruxit idẽ rex in Aſia. Aliã itẽ in ſcythia ſup Thanaĩ. Dicitur ẽt Alexãdrea e ꝓdu. Prop. Noxia Alexãdrea dolis aptiſſima tellus

Alexandria ẽt eſt vrbs Ligurię, vel Lõgobardiæ, ab Alexãdro pontifice maximo condita.

Alia vel allia fluui⁹ nõ lõge a Roma diſtans, apud

quem Romanus exercitus olim deletus fuit a Gallis Senonibus duce Brenno 15. Caleudas Sextiles, Luca. Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Almo paruus fluuius ad vrbem Romam.

Allobroges populus Galliæ iuxta Rhodanum, nũc Sabaudienses dicti.

Aloeus per eu diphthongon fuit gigas, Titani & terræ filius, ex cui⁹ vxore Ypimedia Neptunus genuit gemellos, f. Oetum, & Ephialtem, qui dicuntur Aloide, & fuerunt maximi gigantes. Vergil. Hic & Aloidas geminos īmania vidi corpora, qui manibus magnũ rescindere cælum Aggressi &c. Claudia. Cũ gemini fratres, genuit quos asp Aloeus, Martem subdiderint uinclis.

Alpheus fluuius Achaiæ iuxta Pisam vrbem, teste Plinio.

Alpes sunt excelsi montes, Italiam separãtes a Gallia & Germania, Luca. Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes. Hinc alpinus.

Althea filia Thesteij, & vxor Oenei regis Aetoliæ & mater Meleagri, q̃ filium fatali stipite cõbussit, vt infra dicetur de Meleagro

Amaracus puer regius, q pretiosa ferens vnguẽta cecidit, & mortu⁹ dicitur mutatus in herbã odoriferam, quæ & samsuchus vocatur. Vergil. Vbi mollis amaracus illum &c.

Amanus est mons qui Syriam a Cilicia separat.

Amalthea fuit nutrix Iouis infantis. Nã Melissus rex Cretæ, duas filias habuit, scilicet Amaltheam & Melissam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutrierunt. Alij dicunt illam capram appellatam esse Amaltheam.

Amathus huius amathuntis est insula in ægeo mari, sacrata Veneri, Vergi. Est Amathus est celsa mihi Paphos atq; Cythera, Etiam est oppidum Cypri insulæ.

Amasenus est fluuius Volscorum in Latio, etiã flu uius Siciliæ. Ouid. Necnon Sicanias uoluẽs Amasenus arenas.

Amasis rex Aegypti. Luc. Non mihi pyramidum tumulis euulsis Amasis.

Amazones erant fœminæ Scythicæ bella gerentes & sine viris habitantes. De quibus multa Iustin. lib. 2. In singu. numero dicitur Amazon qđ interpretatur sine mãma, quia puellis dextras mãmas deurebãt, ne sagittarum iactus impediretur.

Ambracia fuit vrbs Epiri, post ab Augusto cũ uicisset Antonium dicta Nicopolis.

Amerio oppidum Vmbriæ, inde Amerinus.

Amiclæ arũ, vrbs Laconiæ, patria Helenę. Alia fuit in Campania, quę a serpentibus deleta fuit secundum Plinium.

Ammõ dicitur Iuppiter ĩ spe arietis, sicut colebatur in Lybia. Nã Bacch⁹ cũ exercitu ĩ Lybia sitiẽs ductu arietis inuenit fontem. Credẽs igitur arietem illũ Iouẽ fuisse, tẽplũ ibi struxit, in quo posuit simulacrũ arietis. Et vocatur ammõ, i. arenarius, quia templũ situ est in arenoso loco.

Amphiaraus Oiclei filius argiuus vates & augur, quẽ Adrastus rex cõtra Thebanos bellaturus secũ ducere voluit, sed ipse p̃sciens se illinc nõ rediturũ latuit. Tandem ab Eriphyle vxore sua proditur, & proficisci coactus, primo die quo venit ad Thebas hiatu terrę fuit absorptus, ut ait Stati⁹ in Thebaide.

Amphion filius Iouis, ex Antiope, rex Thebarum et inuentor musices, vnde dicitur cantu saxa cõs posuisse in murũ. Horatius. Dictus & Amphion Thebanæ cõditor vrbis, Saxa mouere sono testudinis & prece blanda &c.

Amphisa fluuius in Phocide.

Amphitryon Thebanus princeps, maritus Alcme-

næ matris Herculis, qui ab eo dicitur Amphitry-oniades.

Amphitrite, filia Nerei, & vxor Neptuni: & ponitur pro mari. Ouid. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphrysus fluuius Thessaliæ, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti. Luc. Et flumine puro Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi

Amphisbæna serpẽs duobus capitibus, quorum alterum habet in cauda. Luca. Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

Ana fluuius Hispaniæ qui Beticã & Lusitaniã diuidit. Oritur ĩ Amminitano agro citerioris Hispaniæ, & mõ in stagna se fundens, mõ in angustias resorbens, aut in totũ cuniculis cõdẽs, & sępius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanũ effunditur

Anacreon poeta lyricus, ex Teo vrbe Ionũ, vnde dicitur Teius, hic grãdęuus acino vuę passę strãgulatus obijt.

Anacharsis Scytha doctus philosophus, & frater Cadnidi regis Scytharum, a quo in venatione sagitta fuit occisus, eo quod leges Gręcorũ Scythis tradere conaretur.

Anagrus fluuius Thessalię.

Anagnia ciuitas Hernicorũ in Latio. Verg.

Quos diues Anagnia pascit.

Anapis fluuius Sicilię. Ouidius.

Preterit & Cyanen & fontẽ lenis Anapis.

Anaxagoras Philosophus Clazomenius, qui philosophię cã patriam reliquit, opesq̃ cõtẽpsit, Nam patriam sibi cælum esse dicebat.

Anaxarchus Abderites philosophus familiaris Alexandro magno, occisus tamen a Nicocreonte Cypriorum prefecto.

Anaximander Milesius phũs, auditor Thaletis, & successor, Qui primus cælestia signa docuit.

Anaximenes auditor & successor Anaximandri, et magister Anaxagoræ.
Anauros fluuius lenis in Thessalia, quasi sine aura.
Ancile fuit breue & rotundum scutum prolapsum cælitus, vt aiunt, regnante Numa: qui ad illius similitudinem fieri curauit vndecim talia, & per salios deferri cum saltatione per vrbem.
Anchises Troianus nobilis, filius Capys filij Assaraci fratris Ilij regis Troiani, Qui Anchises ex venere genuit AEneam.
Ancon vel Ancona vrbs in Piceno ad mare Adriaticum. Lucanus, Illic Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Ancus Martius fuit quartus rex Romanorum.
Andabatę quidã populus clausis oculis pugnans.
Andes fuit vicus ꝑpe vrbẽ Mantuã vbi natus est Virgilius. Vñ vocatur Andinus vates Mãtuanꝰ.
Andes populus Galliæ in prouincia Turonensi, q̃ modo vocantur Andegauenses.
Androgeus filius Minois regis Cretæ occisus dolo se ab Atheniensibus & Megarensibꝰ. Quare Minos Megaram vastauit: & Atheniẽses coegit quotannis mittere Cretam septem adolescentes, & totidem puellas deuorandas a Minotauro.
Andromache fuit vxor Hectoris, quã post excidiũ Troiæ Pyrrhus filius Achillis abduxit in Græciã, & ei Helenum filium priami virum dedit.
Andromeda filia Cephei regis AEthiopum & Cassiopes. Quæ propter superbiã matris a Nymphis alligata fuit saxo, et marinæ beluæ exposita in oppido Ioppe. Sed Perseus eã liberauit, & vxorem duxit. Est etiam cœleste signum vel sydus.
Andros insula & oppidũ in Myrtoo mari, ꝑtima Cycladum.
Anio vel Anien, fluuius ex Alpibus fluens in Tyberim,

Anitus fuit Athenienſis diues, qui cum Melito & Lycóne Socratem accuſauit, & occidi curauit. Et corripit mediam.

Antaeus fuit gygas in Libya vel Mauritania: qui cum Hercule ſingulari certamine congreſſus, quoties ab Hercule proſtratus terrã tetigit, toties fortior ſurrexit. Nã terra mater eius, vires ei auxit. Quod notans Hercules, illũ à terra continuit, & ſic tandem occidit.

Antenor vnus e principibus Troianorum qui Patauium in Venetia condidit.

Anticyra eſt inſula circa Phocidem, vbi helleborũ multum naſcitur, vel optime temperatur. Horatius. Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris: Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet oẽm.

Antigone ſoror Priami, quã ob ſuperbiam formæ Iuno vertit in Ciconiã. Alia fuit OEdipi filia, q̃ patrẽ cæcũ ducebat: & deinde cũ ꝓmore fratrũ ſuorũ corpora cremaret, occiſa a Creonte tyrãno

Antimachus poeta Græcus elegiarum ſcriptor.

Antiopa filia Nictei et vxor Lyci Thebani regis, ex qua Iupiter zetũ et Amphionẽ genuit. vide Dirce

Antiochia vrbs Syriæ, a Seleuco Nicanore filio Antiochi facta.

Antiphates rex Læſtrigonum Lami filius, qui Formias condidit oppidum.

Antiſthenes princeps Cynicæ ſectæ, Socratis auditor, ad quem quotidie ibat ex Piræo, quadraginta ſtadijs emenſis.

Antium fuit oppidum vetus in Latio iuxta mare, nunc penitus dirutum. Erat ibi templum Fortunæ, vt Horatius innuit.

Anubis filius Oſiridis & Iſidis, qui quoniam canibus gaudebat. ab Aegyptijs Deus habitus eſt in ſpecie canis. Virgilius, Omnigenumq; deũ monſtra, & Latrator Anubis.

Anxur,oppidū Volſcorū.Alio nomine Terracina.
Aonia eſt pars montana Bœotiæ. Nam Aones erat populus vetuſtus in Bœotia,a quibus Aones mōtes dicti ſunt,in quib⁹ eſt fons Aganippe qui dicitur Aonius fons. Item Aonides vocantur muſæ quibus ille fons dicatus fuit.
Apamea vrbs aſiæ minoris a Seleuco facta.
Apelles pictor præſtantiſſimus ex inſula Coo, vel ex Epheſo,qui moriens reliquit Venerem infectam,quam nemo auſus eſt perficere.
Apidanus fluuius Theſſaliæ.Et corripit da.
Apis lingua ægyptiaca bos dicitur: & erat viuus bos quē colebāt Aegyptij:ſed certo tēpore ipſum ſubmergentes,alium quærebant cum luctu.
Apitius nobilis Romanus valde guloſus,vnde pro guloſo quocunq; accipitur.
Appia via eſt a Roma in Campaniā & ad mare vſq; Brunduſum,quam Appius Claudius conſul lapidibus ſtrauit.
Apollonia vrbs in Epiro vel Macedonię parte quę albania dicitur. Alia apollonia eſt in Syria, alia item in Creta.
Apollo filius Iouis & Latonæ alio noīe Phœb⁹ habit⁹ deus ſapiētiæ,& vaticinij & carminū,itē de⁹ bellicus. Vñ ipſe cytharā & arcū geſtare dicitur
Apenninus mōs Italiæ ampliſſim⁹ ab alpib⁹ aut Liguria tendēs ad Siculū fretū,ac totā diuidēs Italiā
Aponus,o breui eſt fluuius Venetiæ iuxta Patauiū
Apulia regio Italiæ mari adriatico vicina,ī qua ſūt vrbes Barrū,Beneuentū,Luceria,& mōs Gargan⁹
Aphrica eſt tertia pars orbis terræ,ſcilicet inter Aſiam & Europā ad auſtrū ſita,incipiens a finibus Aegypti,& deſinens ad Gaditanū fretum, in hac ſunt Mauri,Getuli,Numidæ,Garamantes,Aethiopes,& nobilis vrbs Carthago.
Apher,aliquis de Aphrica.Lu. Et ſolitus vacuis er

rare ... palibus Apher.
Aphricus est ventus ab Aphrica flans, scilicet inter Austrum & Zephyrum.
Aphrodite est ven9, sic dicta ab aphros, qđ est spuma. Nã despuma maris nata dicitur. vñ ĩfra ven9
Aquitania est pars Galliæ, propinqua Hispaniȩ, scilicet a Garumna flumine ad pyreneum mõtem, hodie Gasconiam dicunt.
Aquila est vrbs Aprutij vel Brutiorꝝ post Romã, & ales Iouis.
Aquilia fuit olim clara vrbs Venetiæ et trãspadanȩ regionis caput: sed a Gotis diruta, ciues Venetias migrarunt, & pauper vicus piscatorum nunc est.
Aquinũ ciuitas Campanię in via Latina ad Melpin fluuium. Strabo autor.
Arabia regio Asiæ maioris inter Iudæam & AEgyptum. Est autem triplex Arabia, scilicet Felix, Petrea, & Deserta.
Arachne puella in Lydia lanificij & acu pingẽdi doctissima, quæ cũ se Palladi in artem præferret, & cũ illa certare nõ metueret, pallas opus ei9 fregit. At illa indignata, se suspendit, quam pallas in araniam mutauit. Ouidius sexto Metamorph.
Araris vel Arar est fluuius Galliæ qui nunc Sagona dicitur, & per Burgundiam fluens circa Lugdunum Rhodano miscetur.
Aracyntus mons Acarnaniæ dicatus olim Mineruæ. Lactantius autem Grammaticus ait esse montem Atticæ.
Aratus poeta Cylix, qui de astronomia versib9 scripsit. Aratus alter fuit Sicyonius, princeps optimus, qui patriam suam a tyrannide liberauit, de quo Tullius in tertio libro de officijs.
Araxes fluuius armeniæ super quem magn9 Alexander pontẽ fecit, et postea etiã Cȩsar Augustus.
Arcas filius Iouis & Calistonis, a quo Arcades de-

nominati sunt: quos quia vetustissima gens est, fabulantur ante Solem & Lunam fuisse ex arboribus natos.

Arcadia est pars achaiæ mediterranea, ante Drymodis & Pelagis dicta. In ea sunt asini grandes. Unde pecus Arcadicum nuncupatur asininum.

Arcesilas pritaneus philosophus Academicus, auditor Cantoris. Persius, Nō ego curo esse quod Arcesilas.

Archemorus Lycurgi regis Nemeæ filius, a serpēte infans necatus est, dū nutrix que sitientib9 argiuis fontem ostenderet, eū dimisisset in gramine In cuius honorem instituti sunt ludi Nemei. Alio nomine dictus fuit Opheltes. Vide Hypsiphile.

Archeptolemus fuit Hectoris auriga.

Archilochus filius Nestoris occisus ad Troiam. Alter fuit poeta Lacedæmonius iambici carminis inuentor. Horatius in arte poetica, Archilochū proprio rabies armauit iambo. Nam cum Lycambes quidam archilocho filiam suam desponđisset, ac deinde alteri tradidisset, poeta tam grauiter in illum scripsit vt ille se suspenderit.

Archimedes Syracusanus philosophus & maxim9 geometra, qui primus sphæram fecit. Occisus per ignorantiam vel iracundiam a quodam Romano milite, cū Marcellus consul Syracusas cepisset, & illum, licet victoriam diu impedisset, seruari mandasset, sed bellicus furor consulis edictū neglexit

Architas Tarentinus Pythagoricus nobilissimus, qui platonē cū a Dionysio tyrāno necandus esset, per epistolam eripuit: in omni genere virtutis ac scientiæ admirabilis & princeps suæ ciuitatis.

Arctos græce, vrsa latine. Nam ad polum arcticū sunt duæ stellæ quæ vocantur arcti vel vrsæ, a nauigantibus obseruātur, eo quod nunquā occidūt Maior vrsa dicitur Calisto vel Elice, minor autē

Cynoſura hanc Phœnices obſeruant: illam vero, Græci. Cur vocētur vrſæ, vide in dictiōe Caliſto.

Arctous vel arctic9.i.borealis vel ſeptentrionalis.

Arctophylax quaſi vrſæ cuſtos, ē ſtella iuxta maiorem vrſam, quæ & Bootes dicitur. Cicero in Arato Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes. Eſt autem minor vrſa.

Arcturus eſt ſtella clara in zona Arctophylacis. Quidam ſcribunt arcturum & arctophylacem vel Bootem eſſe vrſam minorem.

Ardea fuit vrbs Rutulorum in Latio, quaſi ardua id eſt alta, & in monte poſita; diſtans a Roma ſtadijs centum & ſeptuaginta.

Arethuſa eſt fons aqud Syracuſas, vrbem Siciliæ. Fuit enim, vt fabulantur, virgo venatrix, quę cū in alpheo flumine ſe lauaret, & ab illius fluminis deo amata fuit. Cuius vim vt euaderet fugiens, inuocauit Dianam, & in fontem eſt mutata. Eſt etiā fons in Metia, teſte Plinio.

Arelate vrbs Galliæ in prouincia Narbonenſi.

Aretiū vrbs Thuſcię. cccc. ſtadijs a peruſio diſtās.

Argia i producta, fuit Adraſti regis argiuorum filia & vxor Polynicis, qui cū viri ſui in bello cæſi funus curaret, a Creonte tyranno necata fuit.

Argos vetus & nobilis vrbs achaiæ, quod etiā dici tur Argi p̄r. Inde argiuus, argous, & argolicus.

Argo fuit nauis longa qua Iaſon cū. 54. Heroibus nauigauit in Colchum ad afferendum vellus aureum. Dicta eſt autem argo vel ab artificis nomine: vel a ſua velocitate. Nam vetuſto nomine argo velocem ſignificat.

Argonautæ dicuntur illi viri qui in argo nauigauerunt in Colchū, ſcilicet Iaſon, Caſtor, Pollux, Hercules, & cæteri.

Argus filius Ariſtoris, de quo ait Ouidius. Centum luminib9 cinctū caput argus habebat, Inque ſuis

vicibus capiebant bina quietē. Cætera seruabant atque in statione manebant. Huic Iuno custodiendam dedit Io mutatā in vaccā. Sed Mercurius a Ioue missus, dulcedine cantus sopitum illum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudæ pauonis, q̄ dicitur auis Iunonia. Ouidi⁹ Methamor.

Argiletum erat locus Romæ iuxta palatiū, vbi dicitur Argus sepultus: & erātibi tabernæ opificū Alij ab Argilla dictum locum putant.

Ariadne filia Minois regis Cretæ quæ Thesēum in gressurum labyrinthum adiuuit, & redeuntem in patriam sequuta est. Quam tamen ille deseruit in insula Chio vel Naxo. Deinde Bacchus eam accepit vxorem. Cui Venus dedit coronam, quā Bacchus nouem stellis ornatā cœlo imposuit. Vnde est cœleste sidus, quod Corona gnosia dicitur.

Aricia fuit vrbs in Latio post Albanum montē in Appia via, distans a Roma stadijs centum &.40. Inde aricinus adiectiuum.

Arimaspi sunt Scytici in asia populi, vnum tantū habentes oculum in fronte. Qui & cum gryphibus bella gerunt pro auro & Smaragdis quæ gryphes colligunt, Arimaspi non sine periculo illis auferunt.

Ariminum vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem fluuium, qui Galliam a Flaminia separat. Et corripitur penultima.

Arion cytharœdus e Lesbo insula, charus Periandro Corinthiorū tyranno. Qui in Italiam profectus arte sua grandem pecuniā promeruit. Cumque iterum nauigaret in Græciam, & Nautæ propter suam pecuniam eum vellent occidere, cythara canens, delphinos allexit: quorum vnius dorso insiliens, super illum vectus est ad littus. Vnde Virgilius ait, Inter Delphinas Arion.

Aristæ⁹ filius Apollinis & Cyrenes filiæ Penei, rex

Arcadiæ q̃ apũ & mellis vſum, lactiſque coagulũ primus inuenit.

Ariſtides, penultima producta, fuit Athenienſis nobilis & probus, cuius iuſtitiam non ferens Temiſtocles, eum exilio decem annorum damnari curauit. Sed veniente cum formidabili exercitu, rege Perſarũ Xerxe, pro ſalute patriæ reuocatus eſt. Tandem cum multas præfecturas adminiſtraſſet, ita pauper tamẽ obijt, vt vix ſepeliri poſſet. Aliꝰ fuit Thebanus pictor inſignis, qui primꝰ animos & vultus expreſſit.

Ariſtippus Cyreneus, auditor Socratis. Hic voluptatẽ ſtatuit eſſe ſummũ bonũ, cuius ſectatores dicti ſunt Cyrenaici. Hic primus etiam philoſophiã quæſtui habuit: & Dionyſio Tyranno adulabatur, quare Diogenes eum vocauit regium canem.

Ariſto fuit Platonis pater. Item alter philoſophus peripateticus.

Aryſtoteles Stragyrites, id ẽ ex oppido Stragyra, filius Nicomachi medici. Anno ætatis ſuæ. XVII profectus Athenas audiuit Platonem annis. XX. Deinde a Philippo rege accerſitus in Macedoniã, decẽ annis fuit circa diſciplinã Alexandri, quo in Aſiã profecto, redijt Athenas. et in Lycio gymnaſio. XIII. annis docuit. Poſtea accuſatꝰ ꝙ de dijs nõ recte ſentiret, cedens inuidiæ, abijt in Calcidẽ, ibique reliquum vitæ tranſegit, hæc ex Laertio.

Ariſtoxenus muſicus & Ariſtotelis auditor.

Arpi vrbs Apuliæ a Diomede condita, quæ & Argiripa dicitur.

Arpinum fuit oppidum Volſcorum in Latio. Vnde Marius conſul & M. Cicero fuerunt orti.

Arſaces, a breui, fuit primus rex Perſarum vel Parthorum. Vnde omnes Parthorum reges, vocãtur arſacidæ.

Armenia eſt regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum

mõtes, & a Cappadocia ad Caspiũ mare protensa Est aũt duplex, s. maior & minor.

Arn⁹ fluui⁹ rapacissim⁹ Ethruriæ Floretiã alluens

Artaban⁹ fili⁹ Hytaspis & frater Darij regis Persarũ: qui Xerxi filio Darij suasit vt a bello Græcorũ abstineret, eũdẽq; postea obtruncauit in regia. Deinde ab Artaxerxe ipse occisus fuit.

Artabri popul⁹ Lusitaniȩ, q etiã Aro tebræ dicũtur

Artaxerxes fili⁹ Xerxis rex Persarũ, qui ex pellicibus habuit filios. cxv. & ex iusto matrimonio tres s. Dariũ, Ochũ, & Ariaratẽ, quorũ Darius a patre factus, contra patrẽ leui de caussa cũ quinquaginta fratribus cõiurauit. Qui oẽs cũ vxoribus & filijs a rege sunt occisi. Iusti.

Artemis, e curta, dicitur Diana, quasi Aeratemis, i. aerem secans.

Artemius est mons Achaiæ in Argo.

Artemisia vxor Mausoli regis Cariæ, q̃ virũ dilexit supra humanæ affectionis modũ. Cui mortuo fecit monumẽtum sumptuosissimum, qd̃ Mausoleum dicitur, de quo infra suo loco scribetur. Est & herba quædam.

Artemisium dicitur lucus Artemis. i. Dianæ,

Artaxata vrbs Armeniæ maioris, ab Hannibale condita ad Araxẽ fluuium. Et est tm̃ pluralis numeri Iuuenalis. Sic ꝑtextatos referunt Artaxata mores

Atuerni populus Galliȩ ꝓpe Bituriges & Heduos.

Aruisium est ꝓmõtorium in insula Chio: vbi optima vina nascuntur. Et facit adiectiuum aruisius, a, um. Vir. Vina noua fũdã calathis Aruisia nectar.

Aruigatus rex Britanniæ tempore Domitiani.

Arunci populus antiquus in Latio. Virg. Aruncos ita ferre senes.

Arunca, vrbs eorũ fuit.

Asarus fluuius Macedoniæ alluẽs vrbẽ Heracleam

Ascalum vrbs in Idumæa vel Palæstina, hinc Hero-

des rex Iudæorum dictus est ascalonita, qui innocentes iussit occidi.

Asculum oppidum Piceni Romana colonia.

Ascanius filius æneæ Troiani ex Creusa coniuge, q̃ & Iulius & Ilus dictus est. Item fluuius Phrygiæ vel Bithyniæ.

Ascra vicus Bœotiæ ad Heliconem: patria Hesiodi poetæ, qui ob id ascræus dicitur.

Asia est media pars orbis terræ, incipiens ab India, quam ab Europa fluuius Tanais, ab Aphrica Nil9 separat.

Asia minor est pars asiæ, s. q̃ fuit sub imperio Romanorum, quæ hodie Turchia dicitur, & in se cõtinet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam.

Asylum dicitur locus tutus vnde nemini licet ex vi tollere. Nam dicitur ab a q̃d est non, & syro traho. Talis locus primo fuit athenis a Theseo institutus. deinde Romæ a Romulo. Vir. Hinc lucũ ingentem quem Romulus acer asylum retulit. Ponitur etiam pro templo. Idem, Et etiam porticib9 vacuis Iunonis asylo

Asine oppidũ achaiæ. Lu. Quas asine cautes &c.

Asphaltus vel asphaltites est lacus Iudææ in prouĩcia Pentapoli, in quo nihil graue submergi potest & nihil gignit nisi bitumen, vñ mare mortuũ vocatur. In eo loco fuerunt olim Sodoma & Gomorrha, & tres vrbes aliæ: q̃ propter nefandã populi luxuriã atq; libidinẽ cœlitus exustæ sunt.

Asopus, o producta, fluuius Achaiæ.

Asopis Asopidos. i. filia Asopi. s. ægina, de qua supra.

Assaracus filius Trois regis Troiani, & frater Ili regis. Assaracus aũt genuit Capyn: Capys Anchysen patrem æneæ.

Assyria est regio Asiæ ab oriente habens Indiã, ab

occidente Tigrim, ab austro Mediam, ab Aquilone Caucasum.

Asterie filia Cæi Titani & soror Latonæ: quas ambas vitiauit Iupiter.

Astyages vltimus rex Medorū a Cyro nepote suo quem infantem exposuerat, regno priuatus. Iustinus in primo.

Astyanax huius astyanactos filius Hectoris, & interpretatur vrbis protector. Hūc capta Troia, Greci de turre deiecerunt.

Astypalea insula in ægæo, vna Cycladum.

Astrea filia Astrei gygantis & auroræ, vel scd͂m alios filia Iouis & Themidis, q̄ ob æquitatē suā iustitia dicta est. Ouidius. Vltima cœlestum terras astræa reliquit.

Asturia regio Hispaniæ prope Lusitaniā vel in Gallæcia, vbi sunt equi breues, sed veloces incessu, q vocantur asturcones.

Astur dicitur populus ille, aut aliquis de asturia.

Atalanta virgo venatrix in Arcadia, filia Iasij. Hæc cum proceribus venit ad occidendum aprum deuastanrem ætoliā, quē etiā ipsa prima vulnerauit. Quare Meleager fluuius regis ætolię ipsam adamauit & vxorē duxit. Cui filiū peperit noīe Parteno peum, qui ad Thebas occisus fuit, Alia fuit filia cęnei regis in Scyro insula, q̄ cum procis cursu certabat. Cūq; multos superasset, & morte (q̄ erat superatorꝝ pœna) affecisset, Hippomanes quidā nobilis adolescens eā dolo vel arte superauit. Nā Venus ei dederat tria aurea poma, quæ inter currendum per vices proiecit. Quæ illa colligens retardata, & superata est. Tandem cum in templo Cybeles coirent, indignata dea conuertit eos in leones Ouid. x. metam.

Athamas, media curta, rex Thebarum, furore correptus, Learchum filium suū pro leone occidit sa

gittis, Quare territa vxor eius Ino, cum altero filio suo palemone cucurrit in mare. vide infra Ino

Athamãtis. i. Helle, filia Athamãtis, Vide, Helle.

Arax fluuius Galliç Narbonẽsis ex Pireneo veniẽs

Atella fuit oppidũ Oscorũ in Cãpania, vbi grande amphitheatrũ erat. Vnde atellanæ comœdiæ iocu lares & scurriles vocantur.

Athenodorus sculptor marmorarius.

Athenion pictor Maronites: qui nisi iuuenis obisset, oẽs pictores superasset, vt ait Plin.

Aternus fluuius Fretanorum prope Pelignos.

Athesis, e curta, fluuius Venetiæ Tridentũ radẽs, de inde Veronã diuidẽs, trãsit in adriaticũ mare. Vir Siue Padi ripis athesim, seu propter amenum

Attilius Regulus consul Rom. ꝑ Punico bello cũ Carthagineñ sæpe vicisset, tandẽ ꝑ insidias captus & ligatus, Romã missus est a Carthaginensib⁹ ꝓ ꝑmutandis captiuis. Sed cũ Romã venisset ꝑmutationẽ dissuasit, & Carthaginem captiuus rediit, vbi crudeliter est occisus.

Atys puer Phrygius amatus a Cybele, Cui cũ fidẽ datã nõ seruasset, versus in furorem, genitalia sibi amputauit. Alius fuit atys filius Coresi regis Lydiæ, q diu mut⁹ cũ vidisset hostem leuasse gladiũ vt patrem occideret, subito timore locut⁹ est, necem patris deprecans.

Atina fuit vet⁹ vrbs Cãpa. iuxta Põtinas paludes.

Atlas fuit rex Mauritaniæ, q astronomiã dicitur inuenisse, Etiã est altus mõs Mauritaniæ, qui Colũna cœli noĩatur ab accolis, & poetæ fingunt eẽ maximũ gygantem qui cœlũ sustineat: Est etiã fluuius Thraciæ ab æmo fluens.

Atlantides dicuntur septem filiæ atlantis vel Hesperi fratris eius. vnde & Hesperides vocantur & pleiades. Vide infra

Athos vel athõ mõs inter Macedoniã & Thraciam

Atreus filius Pelopis & Hippodamiæ rex Mycena rũ, qui filios fratris sui Thyestis sibi insidiãtis oc cidit, & illi comedendos apposuit. Quare Sol tm̃ facinus abhorrens, suũ lumen abscõdit.

Atridæ sunt filij atrei.s. agamemnon & Menelaus

Atropos dicitur vna Parcarũ. Nã tres fuerũt deæ fatales s. Clotho, Lachesis & atropos, q̃ vocantur etiã Parcæ, vt infra dicetur.

Attalus fuit rex asiç, vel Pergami qui a populo Ro. donatus eo regno, cũ liberos nõ haberet populum Rom. hæredẽ fecit. vñ substantia eius amplissima Romã est allata, a quo aulæa.i. tapeta.

Attica vel atte regio Græciæ inter achaiã & Mace doniã sita, in qua fuit vrbs atheniensis.

Athenæ vrbs in attica, & rebus bellicis, & bonis ar tibus celeberrima quondã, nũc aũt perijt. Nomen aũt sumpsit a Pallade dea sapientiæ, q̃ grece dici tur athena

Attrebatũ vrbs Galliç Belgicç in regione q̃ vulgo Picardia dicitur, hodie arras, & atrecht dicitur.

Aufidus fluuius apuliç, & corripit i.

Auentinus est mõs in vrbe Roma iuxta Tyberim, vbi templũ est sanctç Sabinç, qđ olĩ Dianç fuit.

Auernus est lacus in Cãpania iuxta Baias. olĩ ꝓp ter circunstantes arbores tã fœtidus, vt aues eũ vĩ tarent. Vnde greco noĩe dictus est auernus, quasi aornis.i. sine auibus. Ponitur ꝓ inferno, vel prop ter fœtorẽ, vel propter Necromantiã q̃ ibi exerce batur.

Auenio vel auinio ciuitas in Gallia Narbonensi.

Aulis est portus Bœotiç vel Euboiç insulç, quo cõ uenerunt naues Grecorũ ad Troiã proficiscentiũ Statius, Prima rates Danaas Hecateia cõgregat Au lis: Hecateia.i. Dianç sacra.

Auras fluuius Thraciç ab ęmo in Istrũ fluens.

Ausones populus antiquus in Italia, Vnde ipsa Ita

lia vocatur Ausonia.

Automedon fuit Achillis auriga, & accipitur pro quocunq; auriga.

Axius fluuius Mygdoniæ

Azan mons arcadiæ, vbi Cybele colebatur, Statius venit & idæis vlulatibus æmulus azan.

Azotus ciuitas Palæstinæ.

BAbylon vrbs grandis fuit in Chaldæa, a qua tota Chaldæa & Mesopotamia dicta est Babylonia. Habebat hæc vrbs amplitudinẽ trecẽtorũ, & octogita stadior, vel vt ait Plini9, sexagita millia passuũ. Muri erãt alti ducentis pedib9, crassi vero quinquaginta. Alia Babylon est in ægypto a Cambyse rege Persar cõdita, vt ait Ioseph9

Bacchus filius Iouis ex Semele, qui indiam bello vicit, & vsum vini tradidisse dicitur. vnde vocatur deus vini Vide infra Semele.

Baccha vel Bacchis, mulier Bacchi sacerdos, vel ebriosa.

Bactra pluraliter est regio Scytharum in asia.

Bactrũ vrbs in Bactris. Bactrius fluuius ibid.

Bænacus est lacus Venetiæ, circa Veronã vrbem

Bagrada flumẽ aphricę, ppe vticã vrbẽ media cur.

Baiæ oppidũ Campaniæ inter Puteolos, & Misenũ secus mare: aeris temperie & ædificior pulchritudine Romanis olim frequentatũ & celeberrimũ Mart. vt mille laudem. Flacce versib9 Baias. Laudabo digne non tñ satis Baias

Baleares insulæ duæ in Hispanico mari, vbi repert9 primũ fuit vsus fundarũ, quibus solis telis vtebantur olim incolæ, hæ insulæ, nunc vulgo vocãtur Maiorica & Minorica.

Baltia insula magna in Oceano Germa, tridui nauigatione distans a littore Scytharũ. Inde Balthicum mare Rostochium & Prutium interſecat.

Barce ciuitas aphricæ, in Cyrenaica regione, alio nomine Ptolomais.

Bardi erant vates, aut magi, aut philosophi in Gallia Luc. Vos quoq; q fortes aīas belloq; peremptas Laudibus in longū vates demittitis æuū, Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Barū est vrbs apuliæ & Calabriæ.

Bassareus dicitur Bacchus a Bassara, qui locus est Lydię. Bassaris bassaridos, i. baccha vel sacerdos Bacchi.

Bataui sunt Germaniæ populus in insula Rheni. Et inuenitur nunc media correpta, nunc producta. Iuue. Hic petit Euphraten iuuenis domitorque Bataui. Luc. Vangiones Batauiq; truces &c. hodie superi bataui Geldrii, inferi Hollandi dicūtur

Baucis an9 paup, q̃ cū viro suo Palemone Ioue & Mercuriū susceperūt hospitio: & tandē mutati sunt in arbores. Ouid. octauo meta.

Bebrycia regio asię, q̃ & Bithynia dicitur.

Belgę sunt populi Gallię, proximi Germanis, & Rheno. s. Treueri, Coloniēses, Magūtini, Remi, brabanti, Flandrienses, & Hannonienses.

Belides dicuntur quinquaginta filię Danai filii beli & fratris ęgypti. Nā ęgyptus habēs quinquaginta filios, coegit Danaū fratrē suū, q totidē filias habuit, vt illas filiis suis cōiugio copularet. Dana9 vero id noluit, qm̄ ex oraculo didicisset se occidendū ab vno filiorū fratris. Sed tñ ad nuptias a fratre coact9 imperauit filiab9, vt viros suos prima nocte necarēt, qđ oēs fecerūt pter vnā Hypermestrā, q̃ viro suo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaū

Belus primus rex assyriorū, filius Nembrod, qui babyloniam condidit.

Bellona dea belli sororq; Martis. Virg. Et consanguineo sequitur Bellona flagello.

Bellerophon filius Glauci regis Ephyrę, adolescēs formosus, & summa virtute qui a Prœto priuatus regno, iussus est illi seruire. Quare Sthenobea Prœti vxor eū dānauit, ac de stupro interpellauit: & spreta ab eo corā rege, ipm falsi criminis accusauit quasi eā voluisset opprimere. Prœtus igitur vxori credēs Bellerophōtē misit ad Heuriē, vel vt alij dicūt ariobatē regē Lycię patrē Stenobeę cū epistola, qua crimen cōtinebatur. Ille vero varijs hostib9 eū vt occideretur obiecit. Sed Bellerophon semp victor euasit. Missus etiā vt Chimerā mōstrū necaret, ascendit Pegasū equū alatū, & hoc p fecit. Propter has virtutes rex Heuries vel ariobates ei dedit achimenē alterā filiā suā ī vxorē. qđ audiens Stenobea seipsā necauit. Bellorophō tādē ī cęlū cū Pegaso volēs ascēdere cū ī altū venisset, decidit: sđ pegasus iter sydera positus fuit, vt fabulatur

Bnuētū ciuitas apulię, prius dicta maleuētū.

Berecynthus mōs & oppidum Phrygiæ, vbi colebatur Cybele, q̄ ex hoc Berecynthia dicitur.

Bergomū oppidum Galliæ in Italia ad mōtē situm

Beronice, i pducta, fuit mater Ptolemei Philadelphi, & alia eiusdem filia. Item Herodis agrippę soror & vxor

Bessi sunt populus ī Thracia, vel ī Pōto. Oui, Viue re q̄ miserꝝ est inter Bessosq; Getasq;.

Bethel ciuitatula distās ab Hierusalem. xij. lapide prius Luza dicta.

Betica est pars vlterioris Hispanię a flumine Betis, dicta. Nunc autem vulgo dicitur Granata

Betulus est Hispanię fluuius, quo optime temperatur ferrum.

Bethsaida vrbs Galileæ ad stagnum Genezareth

Bias Prieneus vnus de septem sapientibus & alijs p latus. Cuius patriam Prienam cum cepissent hostes ipse fugiens cum ceteris, nihil rerum suarum secū

tulit dicēs. Oīa mea mecū porto, nā fortuita bona nō putabat sua. Septē vero sapientes hi fuerunt. Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon Lacedęmoni⁹, Bias Prianeus, Pyttacus Mitylenę⁹ Cleobolus Lindius, Periāder Corinthius.

Biblis filia Mileti, nefādo amore sui fratris exarsit quem propter hoc e patria ꝓfectū sequens tandem contabuit, vt ait Ouid. 9. Metamor. vel suspēdit, vt idem ait de Arte: Biblida quid referam vetito quæ fratris amore Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas.

Bion Borysthenites Athenis philosophatus & callidus sophista.

Bilbilis est ciuitas Celtiberię, & fluuius ciuitati vicin⁹, q & Salo dicitur, quo ferrū tēperatur optīe.

Byrsa Græce coriū significat, quo noīe appellatus est locus in Africa, vbi postea fuit cōdita Carthago. Nam Dido ex Tyro in Africā delata, emit tātum terræ, quantum posset corio bouis circundare, qđ corium scidit in tenues corrigias, & sic multū spatij comprehendit. Etiam Carthaginis arx dicta fuit Byrsa.

Bisalte populus Scythicus iuxta Thraciam.

Bistones o curta, sunt dicti Thraces, vel a rege Bistone vel stagno qđ Bistonium vocatur. Item Bistonia ipsa Thracia.

Bithynia prouincia prope Asiā minorem proxīa Troadi, & ad pontū sita, prius dicta Bebrycia & Mydonia & magna Phrygia.

Biton & Cleobis fratres Argiui, qui matrem suam Iunonis sacerdotem curru impositā, sicut eą traxerunt in templū per stadia. 45. cūq͂ mater deā orasset, vt quod optimū esset pręmiū filijs daret subito defuncti sunt.

Bituriges vel Bituri populus Galliæ, quoꝝ metropolis est Thuro.

C

Byzātiū vrbs Thracię maritima, a Pausania Spartanorꝝ duce condita in ꝓmōtorio, qđ Crysoceras dicitur. Postea a Cōstātino Constantinopolis appellata, & noua Roma.

Byzia fuit arx regū Thracię hirundinibus inuisa ꝑpter scelus Terei regis de quo infra.

Blemmiæ mōstrosi hoīes in Aethiopia sine capitibus, ora & oculos in pectore habentes.

Bocchus rex Maurorū & Getulię qui Iugurtham regem Numidarum generꝝ suū Romanis tandem tradidit. Sallustius.

Bœotia ē regio in Attica nō ꝓcul ab Athenis, in q̄ f...t Thebę. Nūc tn̄ a Vandalis ex Aphrica pulsis occupata vocatur Vādalia.

Bootes est stella iuxta plaustrū vel vrsam, alio nomine Arctophylax. Ara. Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Et interpretatur boum custos, vel bubulcus.

Boij erant populus Galliæ vel vt alij volunt Germaniæ, q post Boioarij, & nūc Bauari vocantur.

Boristhenes est magnus fluuius Scytharū, in Euxinū fluens. Item populus ibidem, qui etiam Boristhenidæ dicuntur.

Bosphorus est strictus & angustus locus maris, iuxta Byzantium, dictus quasi bobus peruius. Et iste vocabatur Bosphorus remotior Thracius. Alter est Bosphorus ī Scythia, qui Cimericus dicitur. Luca. Sic stat iners Scythicas astringēs Bosphorus vndas.

Bouile vicus in via Appia inter vrb. Ro. & Ariam

Brachmanę populus Indiæ, quondā sapientiæ studiosus.

Branchus filius Apollinis, & vates peritissimus. de quo Statius.

Brennus fuit dux Galloꝝ Senonū, qui Romā cęperūt. Item brenni sunt Alpinus populus; a quo

duces alij vocati fuere Brenni.

Briareus fuit gygas. alio noīe Aegeon, de quo superi⁹. Dicitur habuisse capita. 50. & cētū manus verg. Et cētū geminus Briare⁹ ac Belua Lernę.

Bryax vel bryas sculptor marmorari⁹, q̄ Mausoleum fecit cū alijs.

Bryseus dicitur Bacchus à Brysea oppido Aoniæ.

Bryseis. i. filia Brysę, puella nobil̄, quam ex vrbe phrygię Lyrneso rapuit Achilles in bello Troiāo Deinde Agamēnon rex Grecoꝝ illā Achilli abstulit, ob qđ Achilles diu bello abstinuit.

Britannia insula oceani, inter septētrionē & occidentē sita, & nunc Anglia dicitur.

Brixia vrbs Galliæ, aut Lōgobardię, a Germanis in Italiā transeūtibus condita.

Bromius ē cognomē Bacchi, dictū a Greco verbo bromo, qđ est latine consumo.

Brontes dicitur vnus cyclopum, & minister Vulcani, & interp̄tatur tonirruus. Alter vocatur Steropes. i. fulgur. Tertius dicitur Pyracmon, quasi ignita incus. Verg. Ferrū exercebāt vasto cyclopes in antro. Brōtesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmō. Hic ab Oui. vocatur Acmonides, 4. Fastoꝝ.

Brūdusiū vrbs Calabrię vl̄ Apulię, ad mare Adriaticum.

Brutus est nomen plurium Romanoꝝ consulum. Nā Iuni⁹ Brut⁹ fuit primus cōsul Ro. qui vrbem regio dominatu liberauit, postea occisus in prælio a filio regis expulsi. Idē duos filios suos, qui hostes fuerant, occidi iussit. Item Marcus Brutus vir p̄torius doctus & bonus, pro recuperanda libertate occidit Iuliū Cesarē, postea in p̄lio victus ab Augusto seipsum occidit.

Bubalus qdā pictor, Hipponactē poetā turpi facie risus cā pinxit. Quare poeta tā grauiter in filium scripsit, vt ille se suspenderet.

Bubastus ciuitas Aegypti prope Heliopolim

Bucephalus equus Alexandri magni, habens caput quasi bouis & valde nobilis. Itē vrbs quē condidit Alexāder in India, ex noīe illiuseq. ibi occisi

Busiris media ꝑduc. rex Aegypti, q hospites mactans, ab Hercule mactatus fuit. Verg.

Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Ouidius ait, quod vates quidā Busirim adijt, suadēs si sterilitatē vellet vt hospites mactaret, tūc rex illum vatem primū mactauit.

Butrotum media longa, vrbs in Epiro.

Cacus erat latro in Italia, qui etiam villas incendebat, vñ dicebatur filius Vulcani. Tandem ab Hercule, cui boues sustulerat, est occisus. Verg. in 8. Quidā dicunt fuisse seruū Euandri regis.

Caducifer dicitur Mercurius, quasi ferens caduceū id est virgam pacis, vnde & caduceatores sunt legati pacis.

Cadurci populus Galliȩ, in prouincia Bituricensi

Cæa per æ diph. est insula ī Aegæo inter Cyclades patria Simonidis poetȩ. Inde cæus a, um.

Cadmus filius Agenoris regis Phœnicū, qui a prē iussus q̄rere Europā sororem suā a Ioue raptam cū illam non inuenisset, nec ad patrē redire auderet, vrbem Thebas in Bœotia condidit. Sed cū socij sui necati essent a magno serpente, illū occidit. Cuius dētes cū terra obruisset, nati sunt ex illis armati viri, qui inter se mox digladiantes, mutuis perierunt vulneribus, sed quinq; ex eis supstites arma ꝓiecerūt, & cū Cadmo Thebas cōstruxerūt. Post ipse Cadmus cum Hermione vxore sua mutatus fertur in anguem.

Cæcubū fuit oppidū Latij vel Cāpaniæ, vbi nascebatur optīm vinū, vñ & ꝓ vino illi⁹ loci ponit

Cærevel Cerete vrbs Thusciæ,q̃ & Agylla dicitur

Cæyx rex Trachinis vrbis,filius Luciferi,& maritus Halcyones.Qui nauigãs ad Apollinis oraculum,submersus fuit.Cui⁹ corpus in aqua videns uxor ei⁹,& ipsa se in mare demisit,& ambo mutati dñr in auiculas marinas quæ vocãtur Alcyones,de quo vide infra.

Cæsarauguita est vrbs citerioris Hispaniæ,vel tarraconensis affusa Ibero fluuio , alij scribunt esse in Celtiberia.

Cæsena ciuitas in Flaminia vel Romandiola.

Cæsarea est nomẽ multarũ vrbium in honorẽ cesaris Augusti sic appellatarũ. Harũ vna est in maritimis Palestinæ,ab Herode magno instaurata & sic noiata. Nã antea dicebatur Pyrgus vel turris Stratonis. Alteram cesaream struxit Philippus filius Herodis ad radices Libani in Phœnicia , vbi sunt fontes Iordanis. Alia est cæsarea in Cappadocia,& alia item in Mauritania.

Caieta e produ.est oppidũ & portus Campaniæ,a nutrice Aeneæ nomen habens,~t ait Verg.

Caicus i pdu.est fluuius Phrygię aut mysiæ.

Cayster fluuius Asiæ,alluens Ephesum vrbem.

Callais filius Boreæ & Orithyiæ frater Zethi. vide Zethus.

Calabria est regio Italiæ post Lucaniã vel pars Apuliæ.

Calaber media correpta.i.ad calabriã pertinens,

Calchas Nestoris Troiani filius & augur nobilis,q in initio belli Troiani transiuit ad Græcos.

Calypso nympha oceani & Tethyos filia,quæ insulã de se appellatã i Ionio vel Aphrico mari habitabat.Ad quã venit Vlysses naufrag⁹, & septẽ annos apud eam fuit.

Calysto filia Lycaonis regis Arcadię, ex qua Iupiter genuit Arcadẽ . Quã grauidam vidẽs Iuno mutauit eã in vrsã,quã cũ filius ignar⁹ rei,uellet

inuadere. Iuppiter ambos in cęlū sustulit, & inter sidera posuit apud polum Arcticum. Vñ vocãtur arcti.i. vrsæ. Iuno aũt indignata, impetrauit ab Oceano vt illa sidera nõ sineret ad se descẽdere vt alia, Ouid. 2. Metamor.

Calydõ vel Calydonia est vrbs Aetholię, & regia Oenei patris Meleagri.

Callimachus Cyrenensis poeta Grecus, qui multa scripsit in oĩ gñe carminis.

Calliope vel Calliopea est vna musa℞ cæteris excellẽtior. Verg. Vos o Calliope precor aspirate canẽti. Ouid. Prima sui cœpit Calliopea chori.

Callisthenes phũs Aristotelis discipulus & cõsanguineus. Qui Alexandrũ regẽ in Asiam secutus, cum liberius regem insolentiæ argueret, ab illo est occisus.

Calliroe fons in Attica, & alius in Iudæa salubris.

Chalcis vrbs metropolis in Euboea insula

Chalcedon vrbs Asię vel Bithynię iuxta Bosphorõ contra Byzãtiũ.i. cõstãtinopolim sita.

Chaldea regio orientalis, quæ & Assyria & Babylonia dicitur ab vrbe Babylone. Item Chaldei dicuntur Astrologi, quia in Chaldea multi fuerunt Astrologi & Magi.

Calœni populus Campaniæ, apud quos bonum nascitur vinum, qđ & Calœnũ dicitur. Quinetiam oppidũ eo℞ vocatur Calœnũ, vel Cales caliũ pluraliter.

Calybs fluuius Hispanię aut Celtiberię quo optĩe temperatur. aut tingitur ferrum, vñ populi finitimi dicuntur Chalybes. Sũt etiam Chalybes populus in ponto.

Calipolis vrbs Hellesponti vel Troadis.

Calpe est altus mõs in fine Hispanię Beticę sit⁹ ad mare, qđ Europã secernit ab Africa cui mõti oppositum est in Africa mons Abyla, & illi mõtes

dicuntur columnę vel metæ Herculis.

Camerina ciuitas Sicilię.

Camertes populus vmbriæ.

Cãbyses media ꝓdu.rex pſarũ filius Cyri.

Camillus nobilis Romanus q Faliſcos in ditionē accepit, veios cepit. Deinde per inuidiam vrbe expulſus cũ Senões exercitũ Romanũ fudiſſent vrbē cepiſſent, & capitoliũ obſiderēt. Camillus rogatus ab his qui obſeſſi erant, exercitu colle cto Gallos fugauit. De hoc lege etiã infra Faliſci.

Canace media curta, filia Aeoli regis ventoꝝ, quę ex fratre ſuo Machareo clã cõcepit & peperit. Quo cognito pater infantē iuſſit exponi vel ꝓ ijci, & filiæ gladiũ quo ſe necaret miſit. Machare us aũt fugit Delphos ſacerdos Apollinis factus.

Cana oppidũ in Galilea.

Candacis media curta, fuit q̃dã regina Aethiopũ tēporibus Augusti Cæſaris ĩ inſula Meroe, a qua deinceps oēs illi⁹ loci reginę vocãtur candaces. Nã mulier regnare ſolet in Meroe.

Cannæ arũ, vicus Apulię apud quē Hãnibal Roma nos grãdi clade affecit, occiſis.43. millibus hoĩ inter quos fuit Paulus Aemilius cõſul.

Canopus o ꝓdu. eſt oſtiũ Nili, & vrbs in eo q̃ nũc Damiata dicitur, nõ ꝓcul ab Alexãdria.

Canuſium oppidum Apuliæ.

Cãtabri populus Hiſpaniæ in Gallecia ꝓuĩcia apd pyrenęũ. Alij ponũt in Tarraconenſi ad oceanũ.

Chaonia eſt montana pars Epiri. Eſt etiam adiecti uum.

Capaneus vnus e ſeptē ducibus qui Thebas oppu gnauerũt, bellicoſus, ſuperbus, & deoꝝ cõtem ptor. Qui vt ait Statius humana arma cõtemnēs Iouem ꝓuocauit ad prælium, a quo fulminibus eſt extinctus. Oui.

Cum cecidit Capane⁹ ſubito temerarius ictu.

Capernaũ oppidũ Galileę ad ſtagnum Genezareth
Caphareus mons altus in Euboea inſula Helleſpõ tum verſus,apud quem Græci a Troia redeuntes naufragia fecerunt,dolo Naupli prīs Palamedis iniuſte ab illis occiſi. Nam Nauplus Euboeæ rex vt filij mortē vindicaret, poſuit facem ſup hũc mõtē,quare Gręca claſſis illuc vt in portũ naui gans in ſcopulos incidit. Verg. Scit triſte Mineruæ ſidus & Euboicę cautes vltorq; Caphareus.
Cappadocia,eſt regio põtica confinis Armeniæ a qua per Euphratem diuiditur.
Cappadox populus ille dicitur.
Capræarum,inſula contra Surrentum vrbem cãpaniæ.
Capua fuit olim vrbs nobilis Campaniæ.
Caria eſt prouincia in Aſia minori inter Lyciã & Ioniam,cuius incolę vocantur Cares.
Charybdis eſt periculoſus locus maris inter Calabriam & Siciliam. Nã aqua ibi nũc abſorbetur, & tendit in ꝓfundũ,nũc eleuatur in altum,oui. Hic vomit epotas dira charybdis aquas.
Carinæ,arũ,eſt vicus in vrbe Roma,vbi ſunt vincula ſancti Petri apoſtoli.
Caryſtos eſt inſula in Aegæo vna cycladũ, in qua marmor varij coloris quod chariſtæũ dicitur.
Charites.i.Gratię,dicuntur tres filiæ Iouis & Eury mones, ſcilicet, Aglaia, Thalia, Euphroſyne vel Paſithea.
Carmania regio orientalis ꝓpe Indiam & rubrũ mare.
Carmelus mõs Phœnicię inter Cæſareã & Tyrum;
Carmentis mulier vaticinatrix mater Euãdri regis Vñ Romæ porta Carmentalis. Hæc literas inueniſſe dicitur.
Carni populus alpinus circa Noricos, ſuper quos Apenninus incumbit.

Carnotum vel Carnutũ eſt vrbs Galliæ in Francia.
Charon dicitur portitor apud inferos, q aĩas defunctoꝝ ꝑ ſtygẽ & acherõtẽ vehere dr̃ a poetis
Carpathus eſt inſula inter Rhodũ & Aegyptũ, vñ nomẽ habet mare Carpathium, & corri. pa.
Carthago vrbs nobilis in Africa a Didone filia Beli regis Tyri cõdita longe añ Romã. Tria grãdia bella cũ Ro. geſſit, & tãdẽ a Scipiõe cõbuſta fuit
Carræ vrbs Meſopotamiæ vel Aſſyriȩ. Luca. miſerando funere Craſſus.
Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.
Caſpij montes ſunt in Septẽtriõe apud Armeniã & Hircaniã & Parthiã, vbi ẽt ſunt portæ Caſpiæ i. via anguſta ꝑ illos mõtes. Ibi & caſpiũ mare.
Caſius alt⁹ mõs Syriæ ꝑpe Seleuciã, in cuius ſummitate ſolis ſplendor quarta vigilia videri pt̃. Alter eſt eodẽ noĩe mõs in finibus Aegypti iuxta Peluſiũ oſtiũ Nili, in quo fuit tẽplũ Iouis Caſij, & ſepulchrũ magni Põpei.
Caſſiope vxor Cephei regis æthiopũ, q̃ nymphis ſe pl̃chritudĩe pretuliſſe dicitur. Quare idignatȩ illȩ filiã ei⁹ Andromedẽ ſaxo alligauerũt, vt a belua marina deuoraretur. Vide ſupra Andromeda. Eſt ẽt cæleſte ſignũ vel ſidus, & põt dici Caſ
Caſtali⁹ eſt fons in radicibus mõtis Parnaſ(ſi o pica ſi, muſis dicatus, q̃ ex hoc vocãtur Caſtalides.
Caſtor & Pollux gemini fratres filij Iouis & Ledæ qui mare tueri ſolebãt a piratis, vñ dñr dii maris. Itẽ Caſtor dicitur fuiſſe mortalis, Pollux immortalis. Ergo cũ Caſtor obijſſet, Pollux cũ frẽ diuiſit imortalitatẽ ſuã, ita vt alternis dieb⁹ viuãt hoc iõ fingitur, qa ſunt duo ſidera q̃ vocãtur Caſtor & Pollux, quoꝝ vno oriente, alteꝝ occidit.
Catana media curta, eſt ciuitas Siciliæ ꝑpe Aetnã montẽ, patria ſanctæ virginis Agathȩ.
Catilina Roman⁹ n obil, ſed vitioſus, q cũ multis

alijs cõiurauit cõtra Ro. rempub, sed dephensus & urbe pulsus a Cicerone tũc cõsule, cõgregauit exercitũ, cũ quo victus & occisus fuit.

Catti populus Germaniæ circa Hungaros vel Hyrciam, syluam.

Caucasus media correp. mõs Scythię altissim⁹ & lõgissimus, q ab India tẽdit per totã fere septẽtrionẽ, sed varia noĩa sortitur.

Caudiũ vicus Apuliæ, vbi Sãnites Romanũ exercitũ dolis captum & cõclusum, sub iugũ miserunt. Dicimus eñ furcas caudinas. Nam sub iugum missi per furcam ibant.

Cecrops fuit prim⁹ rex Athenaꝝ, a quo Athenienses vocantur Cecropidę.

Cedar regio in eremo Saracenoꝝ a Cedar filio Ismael.

Celenę ciuitas prĩcipalis in Phrygia. Luca. Lugẽt dãnatę Phœbo victore Celenæ.

Celeno vna ex Harpyjs, & interpretatur atrum.

Celtæ sunt Gallię pp̃ri inter Sequanã & Garumnã fluuios habitãtes. s. Burgundi & Franci.

Celtiberi populus Hispaniæ in Gallecia, a Celtis orti. Luca. Galloꝝ celte miscentes nomen Iberis.

Chemmis fuit rex Aegypti, q grandẽ & mirabilẽ struxit pyramidẽ, quam trecẽta & sexaginta milia hominum viginti annis parauerũt, vt ait Diodorus Siculus.

Cenis ꝓmotorium Italiæ ĩ Brutijs, oppositũ Peloro Siciliæ.

Centauri populus Thessalię circa Pelion montẽ, q primi in equis pugnasse dñr, vñ orta est fabula, quod centauri fuerint animalia composita ex hoĩe & equo. Et dñr semiferi & bimẽbres & nubigenę. i. ex nube geniti. Nam Ixion ex nube genuit Centauros. Vocantur etiã Hippocentauri. i. equorum stimulatores.

Cenchre portus & emporiũ Corinthiorum.

Cepheus rex Aethiopum & pater Andromadæ translatus inter sidera.
Cephisus fluuius in Phocide preterfluens oppidū Delphos. Luca. Fatidica cephisus aqua.
Ceraunia sunt alti mōtes Epiri, separātes Ionium mare ab Adriatico, a ceraunos qđ est fulmen, qa crebris fulminibus appetūtur, ēt vocātur acro-(ceraunia.
Cerber⁹ e curta, canis triceps & grādis
ī vestibulo īferni, dict⁹ quasi creobot⁹. i. carnē (Vorās.
Cercyō fuit latro in Attica, occisus a The(seo. Oui. Cercyonis letū vidit cerealis Eleusis.
Ceres filia Saturni & opis, q̄ ex Ioue Proserpinā genuit, de qua infra Proserpina, Itē Ceres dicitur inuentrix frugū fuisse.
Cēretum oppidū ī vmbria inter spoletū & Nursī
Cherronesus vel chersonesus, est terra Græ-(am. ciæ peninsula.
Cethegus nobilis Roman⁹. q cū Catilina cōtra rē-pu. coiurauit, dephēsus & ocisus a Cicerone con sule, & pducit mediam.
Cyane a curta, nympha Siciliensis ob raptū pser pinæ sodalis suæ flendo in fontē versa. Est enim fons ppe Syracusas.
Cyanee sunt insulæ aut saxa in ponto, per q̄ naui gatur cū periculo. vñ quia nauigantibus præ ti-more videntur cōcurrere, vocātur Sydromades & Symplegad es,
Cybele vxor Saturni, q̄ & ops & Rhea & bōa dea & Berecynthia ac mater Deoꝝ vocatur. Verg.
Hinc mater cultrix Cybele. corybātiaq; æra.
Q̄nq; l duplicatur. Lucanus.
Et lotā paruo reuocant almone Cybellen.
Cicones ppl's Thraciæ iuxta Hebron. Ouid.
Flumen habent Cicones qđ potū saxea reddit.
Viscera, qđ tactis inducit marmora rebus.
Cyclades sūt multe insule ī Aegeo vł Myrtoo ma

ri, in circuitu Deli insulæ positæ, vt Andros, Scyros, Tenos & cæteræ.

Cyclopes erant gigãtes vnoculi ĩ Sicilia ꝓpe Aetnã mõtẽ, fabri Iouis, & ministri Vulcani. Verg. Ferrũ exercebant vasto cyclopes in antro.

Cydippe puella pomo decepta ab Acontio. Ouid. Littera Cydippẽ pomo plata fefellit, Insciaq́ꝫ est verbis capta puella suis. Vide Acontius.

Cydnus fluuius amœnus & saluber in Cilicia, trãsiens vrbem Tharsum.

Cydon vrbs in Creta insula. Inde Cydoniꝰ. i. Cretensis. Etiam Cydon ponitur ꝓ Cretensi.

Cilicia est regio in Asia minori, contermina Syriæ a Cilice filio Agenoris dicta.

Cyllarus a curta, fuit equus Castoris vel Pollucis secundũ Vergil.

Cyllene mõs Arcadiæ, vbi Mercurius dicitur natus, & inde Cyllenius vocatur.

Cimbri populus Septẽtrionalis & inferioris Germaniæ, qui Rhenũ transeũtes per Gallias Romam cõtenderunt cũ grandi numero, quos C. Marius profligauit.

Cimmerij populus Scytharũ ꝓcul in Septẽtrionẽ

Chimera mons in Licia, fumũ & flammã eructãs, qñq́ꝫ. De hoc fabulãtur poetæ qđ sit mõstrũ, anrius Leo, posterius Draco, & in medio Capra. Vel vt Hesiodus inquit, habet tria capita, vnum Leonis, alterũ Capræ, tertiũ Draconis.

Cimõ Athenieñ. dux, filius Milciadis, qui vt sepeliretur corpꝰ pris in carcere mortui, ipse ꝓ illo ligari se fecit, postea ꝑsas supauit, terra & mari.

Cyniras rex Cypri, qui ex Myrrha filia sua nesciꝰ Adonidẽ genuit. Strabo aũt scripsit, qđ regnauit in Phœnicia in vrbe Byblo.

Cinyps fluuius Garamantũ in Libya, apđ quẽ ma

gni sunt hirci.

Cynocephali sunt bestiæ ex gñe simiarꝝ humana specie, sed canino capite in Aethiopia,

Cynosura est minor vrsa. Vide supra Arctos.

Cynici erant phi, quorũ princeps erat Diogenes Sinopensis, & dñr cinici.i.canini, vel ꝓpter acerbas suas inuectiones in malos, vel ꝓpter impudentiam suam, quia publice & palam coibant cũ vxoribus more canum.

Cynthus mõs in Delo insula, vbi nati sunt Apollo & Diana. Vñ Cynthius dicitur Apollo vł sol & Cynthia Diana aut Luna.

Chios insula in Aegæo mari, vna Cycladũ. in qua nascitur optimũ vinum. Inde chius adiectiuum quod ꝓ ducit i, cũ primitiuũ corripiat.

Cyparissus puer formosus in Cæa insula, dilectus Apollini. Qui puer cum ceruum sibi charum imprudẽs occidisset, nimio dolore, mutatꝰ est in arborem lugubrẽ, quę Cypressus vocatur.

Cyprus insula diues in Carpathio vel cilicio mari Syriæ & Cilicię opposita, & Veneri cõsecrata. Hinc Venus cypris vel cypria dicitur, aut cypri

Circe filia solis & Persę nymphæ, q̃ habi (gena. tans in mõte circæo, tũc insula circa Cãpaniã, homines ad se veniẽtes carminibꝰ & veneficijs mutabat in varias bestias, sicut etiã fecit socijs Vlyssis, quos tñ Vlysse rogãte restituit. Alij dicũt fuisse filiam Aeetæ regis colchorum.

Circeus locus maritimus in campania, dictꝰ a circe quæ ibi morabatur.

Cyrene filia Penei regis Arcadię, quã Apollo rapuit. & in Lybiã duxit, & ex ea genuit Aristeũ, Nomium, actẽu & Argeum. Est & vrbs Lybiæ inter ægyptũ & Syrtes.

Cyrenaica est ꝓuincia aphricæ versus ægyptũ, q̃ & Pẽtapolis dicitur, a qnq; ciuitatibꝰ inter quas

principalis est cyrenæ.
Cyrenaici sunt phi'q & Epicurei dicuntur, q sta-
tuunt summū bonū in voluptate corporis dicti
ab Arystippo cyreniaco.
Cyris dicitur Scylla filia Nisi regis, mutata in auē
cyrim.i.alaudam. vide Scylla.
Cyrnos insula Ligustico mari, alio noīe Corsica.
Inde Cyrneus.
Chiron fuit cētaurus filius Saturni, ex Phillyra nī
pha, vñ & Phillyrdes dicitur. Fuit vir doctus et
iustus, qui vires hærbarꝝ nouit & musicā, cui The
tis Achilē filium tradidit erudiendum. Tandē cū
sagittas Herculis admirando teneret, ab illis læ
susobijt, mutatus in cæleste signū, quod sagittari
us appellatur.
Cyrus primus rex persarꝝ potentissimus, quē in-
fantem Astyages rex Medorꝝ eius auus maternus
iussit exponi, sed regius pastor inuentum canis
hubera sugentē nutriuit. Deinde Astyagē ꝑlio vi
cit, & regnū ad Persas trāstulit, qđ & valđ auxit
Tādē a Tomyri regina Scytharū, quibus bellū in
tulerat occisus est.
Cirrha oppidum in Phocide in radicibus Parnassi
montis Apollini sacratum.
Cisseus rex Thraciẹ pater Hecubæ vxoris Priami,
queẹ a patre dicitur Cisseis.
Cythera e ꝓdu. est ciuitas in Cypro. Est & insula
circa Laconiā vltima cycladū, & declinatur tan
tum pluraliter.
Cytherea penul. produ. id est Venus sic dicta a Cy
theris vrbe vel insula ibi sacrata.
Citheron est mōs nemorosus in Boeotia musis &
poetis dicatus, produ. mediam.
Citheriades musẹ dñr a Citherone mōte ꝑdicto.
Cytorus o ꝓdu. mōs in Paphlagonia.
Chytis īsula Arabiæ, vbi Topazi⁹ lapis inuenitur

Cyzicus nobilis vrbs Asiæ, ad Propontidem vel Hellespotum sita.

Clanius fluuius Campaniæ ꝑpe Neapolim, sic dictus a violis quæ in ripis eius abũdãt. Nã claniõ græce violam significat.

Clarius Apollo dicitur, vel a Claros insula vna cycladum a Clario oppido Asiæ.

Clearchus phũs quidã. Itẽ alius tyrann⁹ Heracleæ ciuitatis. De quo multa Iustiñ. in. 16.

Cleanthes Asianus phũs stoicus, Zenonis auditor paup & laboriosus, qui noctibus aquã hauriẽdo & pinsendo victum quærebat.

Cleobis, quære superius Biton.

Cleobulus Lindius, vnus de septem sapientibus, superius Bias.

Cleone o lon. oppidũ Arcadię circa Nemeam regionem vbi Hercules terribilẽ Leonẽ interemit. Hinc cleoneus, a, um.

Cleopatra regina vltima Aegypti, quã cum Antonio superauit Augustus. Quare ipsa se interfecit, serpentibus admotis huberibus suis.

Clymene nympha oceani & Tethyios filia, & mater Phaetontis.

Clio dicitur vna musarũ, a cleos q̃d est gloria.

Clytemnestra filia Tyndari & Ledæ, cõiunx Agamemnonis regis, quẽ a bello Troiano reuersum, ope Aegisthi adulteri occidit, deinde Orestes fili⁹ eã rursus in vindictam patris necauit.

Clitomachus Carthaginensis clarus phũs auditor & successor Carneadis.

Clitorium oppidũ Arcadiæ, vbi fons est, qui potantibus inducit odium vini.

Clitumnus fons & fluuius vmbrię.

Clodius nobilis Romanus, sed nequã & mœch⁹, & Ciceronis inimicus, quem cum esset tribun⁹ plebis, vrbe expulit, Occisus tandem a Milone.

Cloelia virgo Romana cũ alijs virginib⁹ & adolescẽtib⁹, obses data Porsennę regi Hetruscorꝝ romã obsidẽti. Sed ista deceptis custodibus, Tibrĩ tranãsin vrbẽ rediijt, cui postea ꝓpter virile op⁹ equestris statua fuit posita.

Clotho est vna parcarꝝ, a greco verbo clotho, qđ est neo. I tẽ alia nympha marina filia Nerei.

Cnidos vel gnidos vrbs carię, vbi Venus coleba

Coaspis fluuius Medorꝝ, apđ Persas in Tigrĩ (tur. fluens. Ei⁹ aqua tã dulcis est, vt reges Persarꝝ sibĩ eã vẽdicẽt, & ex ea potare soleant.

Cocytus fluuius inferorꝝ ex Styge ortus. Verg. Cocyti stagna alta vides Stygiamq; paludem. Et interpretatur luctus.

Cocles fuit Romanus vir fortis, qui irruentes ĩ urbem Hetruscos tunc hostes stãs in põte solus te

Codrus rex Atheniẽſ. q̃ inter Atheniẽſ. & (nuit. Doriẽses orto bello cũ rñdisset oraculũ Atheniẽses fore victores si rex eorꝝ mortuus eẽt, & ob hoc Doriẽses regẽ illorũ tãgere vetuissent, ipse Codrus rex indut⁹ habitu rustico, hostes iurgio & cõuitio aggressus cõcitauit eos ad occidẽduꝫ se. Quo cognito, discesserũt hostes sine prælio.

Cœus gigas Titani & terræ fili⁹, pater Latonę & A

Cœos ẽ insula vna cycladũ. q̃ & Cœa dici (steries. tur, vñ fuit Simonides poeta.

Colchos est regio Scythica & oriẽtalis in Asia, intra Mœotim & Caspiũ mare in ponto, Colchi vocantur incolę.

Colchis dicitur mulier ex regiõe Colchica, & pręcipue Medea, q̃ fuit filia Aeetę regis Colchorꝝ.

Collina porta fuit Romę, ꝑ quã ibatur ad collem quirinalẽ. Eadẽ salaria dicebatur.

Colosse vel Colossis vrbs Phrygię ꝑpe Laodiceã q̃ tẽporib⁹ Neronis cũ Laodicea & Hierapoli vrbibus Asię terremotu cecidit, vt inquit Orosius.

Colophon vrbs Lybiæ. Horatius:
Smyrna quid & Colophon.
Comagene penultima producta, est regio Orietalis vel pars Syriæ. Iuuenalis.
Tractato armenius vel comagenus aruspex.
Comum vel Nouocomū vrbs Galliæ Italicæ, i. Lōgobardiæ. Inde Comensis.
Conon Atheniensis dux clarus, qui cum exularet, Lacedæmonios auxilio Persarum superauit.
Coptus vrbs in finibus Aegypti.
Corax filius Cathylli Argiui, & frater Tiburti, vñ cognominatum est oppidum Volscorum Cora. Item Corax orator Siculus.
Corduba ciuitas Hispaniæ Beticæ, patria Senecæ philosophi, & Lucani poetæ, & Auicēnæ medici
Corybantes populus in Creta qui cum Curetib9 Iouem infantem aluisse dicuntur, & fecisse tinnitus ne Saturnus qui filios deuorabat vagiētem illum audiret. Alij dicunt fuisse sacerdotes Cybeles.
Corycus est mons in Cilicia, in quo nascitur optimū crocū, Etiā est oppidū Ciliciæ. Inde coryceus (a um.
Corioli, orum, fuit vrbs Volscorum.
Coriolanus fuit nobilis Romanus, a Coriolis vrbe quā ceperat cognominatus. Qui p inuidiā in exiliū missus ad hostes. i. Volscos iuit, & illorū dux factus Romā obsedit. Territi Romani miserūt ad eū pro pace, primo senatores, deinde sacerdotes. Qui cū flectere eū nō possent, tandē mater & vxor eū flexerunt, vt exercitū hostilē a patria tolleret. Quare irati Volsci eū occiderunt; Alij dicunt qđ seipsum necauit.
Corcyra y pducta, est insula in Ionio mari, vbi olī Pheaces habitabāt, ad quos vlysses venit naufrag9
Coronis, idos, nympha Thessalica, amica Apollinis q ex illa genuit Aesculapiū. Sed vbi resciuit eā cū alio rē habuisse, necauit eam sagitta, antequam pa

D

teret, & infantem exemit ex vtero eius.
Corinthus vrbs nobilis & diues Achaię sita in Isthmo, id est, angusta terra, inter duo maria, scilicet Ionium & Aegeũ, prius Ephyre dicta, post a Romanis euersa, & deinde ab Augusto reparata.
Coritus i curta, oppidum Hetruriæ, dictũ a Corito patre Dardani, nunc Cornetum vocatur.
Corone oppidum Achaiæ vel Bœotiæ.
Corona signum cæleste.
Corsica i curta, insula in Ligustico mari, q̃ & Cyrtortina vrbs Cretæ, scribitur etiã Gordina. (nos
Cous vel melius cos, est insula in Aegeo vna cycladũ, vbi bonũ vinũ nascitur. Inde cous adiectiuum
Cragus mons & vrbs Lyciæ.
Cranaus secund⁹ rex Athenarũ, successor Cecropis
Cranator Solensis philosophus Academicus auditor Xenocratis.
Crates Atheniensis Academicus philosophus auditor Polemonis & successor. Alter fuit Crates Thebanus cynicus discipulus Diogenis.
Cratinus Atheniensis poeta veteris comœdiæ scriptor vinosus & libidinosus.
Cratippus philosophus Peripateticus Athenis tẽporibus Marci Tullii.
Cratis idis, fluuius Achaiæ. Item fluuius Calabriæ.
Creon rex Corinthiorum, alius Thebanus tyrãnus a Theseo necatus, Item alius Thebarum rex a Lyco occisus.
Creta insula quę ab occidente habet Adriaticũ mare, a septentrione Creticum mare, ab oriente Carpathium mare, ab Austro Aphricanum, In hac Iupiter natus esse, & regnasse perhibetur.
Cremera fluuius in Thuscia, propter quem olim cæsi fuerunt trecenti & sex Fabij, cum obsiderent vrbem veios. Ouid. I. Fastorum:
Vt celeri passu Cremeram tetigere rapacẽ, &c.

Creüsa filia Priami, vxor Aeneæ. Alia Creontis vxor Iasonis.
Chryseis, id est, Astymone filia Chryse sacerdotis Apollinis, quā puellam rapuit Agamemnon ex Thebis vrbe Ciliciæ.
Chryses autē cum supplicaret Agamemnoni vt filiā sibi redderet, & ille reddere nollet, inuocauit Apollinem pro auxilio. Apollo igitur peste Græcos tam grauiter afflixit vt Agamemnonē cogerent puellam patri restituere, vt scripsit Home.
Chrysippus philosophus stoicus, auditor Cleāthis ingeniosus, acutus, & in multis a Zenone & Cleāthe dissentiens, præcipuus fuit in dialecticis, multa fripsit, sed nimis prolixe, vt aiunt.
Chrysoceras promontorium Thraciæ, in quo est Byzantium, id est, Constantinopolis.
Crito Atheniensis amicus Socratis, cui Plato librū inscripsit de morte Socratis.
Critheis mater Homeri.
Crœsus vltimus rex Lydiæ ditissimus, a Cyro rege Persarum victus. Cumq; iterum rebellasset, iterumq; victus esset, & ignibus addictus clamauit: O Solon Solon. Interrogante Cyro quis ille Solon esset, ait Crœsus: Solon vir sapiētissim᷒ olim me monuit neminem esse in hac vita felicē, quod nunc experior. Tunc Cyrus varietatem fortunæ cogitans, eum dimisit. Alij scribunt grandi pluuia ignem fuisse extinctum.
Croton vrbs Calabriæ. īn Crontōiata nomē gētile.
Ctesiphon vicus maximus vel vrbs prope Seleuciam, vbi reges Parthorū hyemare solebāt. Etiā est nomen viri, pro quo habuit & scripsit orationem Demosthenes.
Creticon absq; aliqua aspiratione, & i latino scribitur, dicitur a nostris possessiuum.
Cumæ arum, vrbs Campaniæ prope Baias ad ma-

re Tyrrhenũ, quã Chalcidenses ex Euboea pro⸗fecti edificauerũt. In ea habitauit olim vna Sibyllarum Cumea vel Cumana dicta. Nunc penitus deserta dicitur.

Curescurium fuit oppidũ Sabinorꝝ, patria Numæ secundi regis Romanorum.

Curetes populus in Creta, qui Iouem infantem nu trierunt. Ouidius:

Pars clypeos manibus, galeas pars tundit inanes
Hoc Curetes agunt, hoc Corybantes opus.

Cutius consul Romanus qui cũ Samnitibus & Pyrrho rege bella gessit, magnanimus & diuitiarũ contemptor. Nã cũ legati Samnitiũ magnũ pondus auri ei attulissent, accipere noluit, dicens se malle locupletibus imperare q̃ esse locupletem.

Curtius fuit nobilis Romanus, q̃ in mortẽ se dedit pro salute populi Romani. Nã cũ in foro Ro⸗mano terribilis hiatus terre subito esset exortus dixerunt vates qđ nobilissimam victimã pete⸗ret Pluto, & nisi nobilissimus vir in illũ hiatũ se mitteret, grãde piculũ vrbi immineret. Quare curti⁹ armat⁹ i illũ eqtauit, et mox hiat⁹ ille desijt

Dacia regio Scythica vicina Thraciæ vel inter Thraciam & Germaniam. Nam dacos a Ger⸗manis Ister fluuius separat. Sunt aũt daci q nũc transsyluani vocantur. Appellatur nunc Dacia alia regio quam Dani habitant.

Dædalus Atheniensis faber ingeniosus, qui lignariã fabricã dicitur inuenisse, vt serrã, asciã, terebrũ, hic in Creta insula fecit labyrinthũ, & tandẽ si⸗bi & Icaro fecit alas (vt fabulantur) quibus per⸗uenit in Siciliã & Italiã. Quod ideo fingitur, qa primus vela nauium repperit.

Dalmacia regio iuxta Illyricum inter Pannoniã & Macedoniam, quæ nũc Sclauonia dicitur, & Dal

matæipſi Sclaui.

Damaſc⁹ vet⁹ vrbs, Syriæ caput in regiõe decapoli

Danae per tres ſyllabas, Acriſij filia a patre turri incluſa, ſed a Ioue ſpecie imbris aurei grauidata, vñ filium nomine Perſeũ peperit. Quo cognito pater eam cum infanti concluſam in arca lignea miſit in mare, vnde Danae ſic in Italiam peruenit, quam Pilumnus rex auus Turni duxit vxorem. Vide etiam Acriſius.

Danaus filius Beli, qui in Aegypto regnauit, ſed tã dẽ Aegypto fratri ſuo regnũ relinquẽs, venit in Achaiam & ibi regnauit, vnde Achaia dicta eſt Danaa, & ipſi Achæi vel Græci vocantur danai Hic habuit filias quinquaginta, De quibus vide ſuperius Belides.

Danubius fluuius grandis, qui Germaniã a Dacia ſeparat, & per Hungariam fluit. Tandem multis oſtijs in pontum ruit: alio nomine Iſter.

Dan vicus Galilææ & terminus Iudææ prouinciæ, vnde Iordanis oritur.

Daphne filia Penei fluuij Theſſaliæ, quam cũ Apollo amaret, & fugientẽ ſequeretur, in arborẽ laurum conuerſa dicitur. Ouid. 1. Meta.

Daphnis fili⁹ Mercurij formoſiſſim⁹ et diues paſtor

Dardan⁹ Iouis fili⁹ ex Electra vxore Coriti, Qui cũ occidiſſet Iaſiũ Coriti filiũ fugit in Samothraciã & deinde in Phrygiam, quæ ab ipſo vocata eſt Dardania.

Dardanidæ ſunt Phryges & Troiani ſic dicti a Dardano rege. Item Dardanis idis, mulier Troiana.

Dardanij ſunt fera gens inter Epirum & Macedoniam iuxta Triballos.

Daulia vel daulis oppidũ Phocidis ſub ditione Terei regis Thracũ, vnde Progne vel Philomela dicitur daulis auis. Ouidius:

Deflet threicium daulias ales Itym.

Daunia est regiuncula iuncta Apuliæ vel pars Apuliæ a Dauno rege sic dicta.

Decapolis est regio Syriæ propinqua Iudææ quæ habuit decem vrbes, inter quas erant Damascus, Cadara, Scythopolis.

Decius fuit Romanus consul, qui in bello sese deuouit, id est morti obtulit pro patria. Idem fecit filius eius postea, qui etiã Decius dictus fuit.

Deidamia filia Lycomedis regis Syriæ, ex qua Achilles in habitu muliebri apud Lycomedem latens genuit Pyrrhum.

Deianira filia Oenei regis Calidoniæ & vxor Herculis, cui & Hyllum filium peperit. Cum autem Hercules transiturus esset Eueum fluuium, Nessus centaurus se sponte obtulit traducere Deianiram, quã deinde cũ violare vellet, Hercules in eũ misit sagittã. Nessus autẽ vt mortem suã vindicaret, dixit Deianiræ vt suo sanguine liniret Herculis vestẽ, quo illum retineret in amore sui. Paulo post cũ Hercules Iolen virginem rapuisset, Deianira memor verborum Nessi, vestem cruore illo linitã Herculi misit. Qua ille indutus tam grauiter cruciatus est, vt tandem se in ignẽ mitteret. Quo audito Deianira se interemit. Ouidius:

Impia quid dubitas Deianira mori?

Deiphobus filius Priami & Hecubæ, quę post mortẽ Paridis Helenam duxit, quæ illum capta vrbe tradidit Menelao.

Delos insula in Aegeo vel Myrtoo mari, media cycladum, vbi Apollo & Diana dicũtur nati. Vnde ille vocatur Delius, & hæc Delia.

Delphi oppidũ in Phocide, vbi Phœbus vel Apollo clarissimum templum habuit & oracula reddebat. Hinc Delphicus dicitur.

Delta ẽ pars Aegypti Nilo circũdata nõ ꝓcul forma triangulari ad sĩilitudinẽ Deltæ literę Grecoꝝ.

Democritus Abderites philosophus & magus, qui omnes actus hominũ tanquã stultos ridebat. Tandem seipsum cæcauit, vt subtilius indagaret naturæ secreta.

Democles adulator quidã dixit Dionysio tyranno quod vitã beatissimã viueret. Tyrannus autẽ vt beatitudinem suã illi declararet, induit eũ habitu regio, & mensam copiose paratã ei apposuit, sed super caput eius appendit tenui filo gladiũ nudũ Tunc Democles tyrannicã vitã miseram esse fassus est.

Demosthenes Atheniensis orator maximus, in adolescentia balbus, sed vitiũ naturæ summo labore & industria sic emẽdauit, vt nemo melius loqueretur. Tandẽ cum libertatẽ patriæ contra Philippũ regẽ defenderet, ab illo morti est addictus, fugiens ergo cum deprehensus esset venenum sumpsit.

Demophoon vel Demophon filius Thesei & Phędræ, ad Troiam pugnauit. Inde rediens tempestate delatus fuit in Thraciam, & Phyllis regina eũ hospitio suscepit & coniugio. Deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurũ. Quod cum non faceret, Phyllis impatientia amoris se suspendit in amygdalo.

Deucalion Promethei filius rex Thessaliæ, cuius tẽporib. fuit in Græcia grãde diluuiũ. Deucalion aũt multos hoĩes nauibus liberatos tutabatur. Vñ orta est fabula, ꝙ cũ perissent oẽs hoĩes diluuio præter Deucalionẽ & vxorẽ eius Pyrrhã, ipsi consuluerunt oraculum Themidis deæ, qualiter genus humanum repararent. Et illa iussit velatis capitibus post terga sua iactarent ossa materna .i. lapides terrenos, ex quibus nati dicuntur homines.

Dia est insula inter cyclades: alio nomine Naxus. In qua Thesus Ariadnẽ Minois filiã deseruit. Fuit autem sacrata Baccho.

Diana filia Iouis & Latonæ, ac soror Apollinis aut Phœbi. Hæc dicitur dea venationis & virginitatis & est luna.

Dicte mons & oppidum in Creta, Vnde dicteus, i. Cretensis.

Dictinna dicitur Diana a retib⁹ venatorijs q̃ inuenit

Dido filia Beli regis Tyri, & vxor Sichei põtificis quẽ cũ Pygmalion rex Didonis frater ob diuitias ei⁹ occidisset, Dido cũ thesauro nauigauit in Africã, & ibi Carthaginẽ condidit. Deinde cũ Hiarbas rex eam sibi nubere vellet, & Carthaginenses etiam id cogerent, igni & ense se occidit, ob quod dicta est Dido, id est, virago. Nam prius Elisa dicebatur.

Dindyma mons Phrygię vbi colebatur Cybele mater deorum, quæ ob hoc dicitur Dindymene.

Dion nobilis Syracusanus amicus & auditor Platonis, a Dionysio tyranno pulsus, illum postea Syracusis expulit, deinde a suis occisus, alius fuit orator ob eloquẽtiã dictus Chrysostomus. i. aureũ os

Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia sunt bacchanalia.

Dionysius etiã est nomẽ duoꝝ tyrannoꝝ in Sicilia quoꝝ prior vel pater fuit egregius vir, alter vero pessimus & tãdẽ expulsus, Corinthi pueros docuit literas.

Diogenes synopæus philosophus Cynicus & inuẽtor cynicæ sectæ, qui opes contempsit, & mendicans libere carpebat errantes, & nulli adulabatur Alius fuit Babylonius Stoicus.

Dione mater Veneris, & pro Venere ponitur. Oui. Hippolyte infelix velles coluisse Dionem.

Diomedes penultima longa, rex Aetoliæ Tydeos & Deiphylæ filius, q ad Troiã cũ Aenea congressus Venerẽ adiuuantẽ Aeneã percussit, quapropter illa multas ei miserias attulit. Nã vxorẽ eius

adulterã fecit. Quod audiens Diomedes domũ venire noluit, sed in Apuliam profectus Arpos condidit. Item socij eius mutati dicũtur in aues herodios. Alius fuit Diomedes rex thraciæ, qui suos equos pascebat carnibus aduenarum, quẽ tandem Hercules suis equis deuorandum obiecit.

Diospolis magna vrbs in finibus Aegypti, ad Nilum sita: alio nomine Thebe, quæ centum portas habuit, & magnifica ædificia.

Dirce mulier Babylonica & formosa: quæ quõ Palladi cõuitiata fuerat, cũ se lauaret versa est in piscem. Alia fuit Dirce vxor Lyci regis Thebarũ, q cũ ante haberet vxorẽ Antiopã, & illa ex Ioue grauida facta esset, illã repudians, Dircen accepit, quę Antiopã valde afflixit & incarcerauit. Antiopa tamen tẽpore partus soluta, peperit gemellos. s. Zethum & Amphionem, qui postea Lycum occiderunt, & Dircen alligauerũt caudis indomitorum equorũ, quæ in fontẽ mutata dicitur. Est enĩ dirce fons circa Thebas. Vnde dircæus. i. Thebanus.

Dyrrachiũ vrbs maritima in Illyrico vel Macedonia, prius dicta Epidamnum.

Dithyrambus est nomen Bacchi. Item dithyrambi sunt versus in laudem vel honorem Bacchi.

Dodona oppidũ Epiri, circa quod fuit sylua quercuũ, Ioui sacrata, in qua colũbæ olim rñsa dabãt.

Dolõ Troianus velox pedib. q noctu missus explorator ad castra Grecorum, pro præmio poposcit equos Achillis. Sed deprẽsus a Diomede & Vlysse qui & ipsi exploratum exierant, consilia Troianorum illis aperuit spe vitæ conseruandæ, quæ tamen spes ipsum fefellit.

Dolopes sunt quidam Græci. s. populus in Thessalia, qui cũ Pyrrho venerunt ad Troiã. Vergilius; Dolopumq; exercitus omnis.

Dionysa est insula in Aegæo mari.

Dorisidos, nympha Oceani, & Tethyos filia, & uxor Nerei, ponitur pro mari. Verg.
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Doris vel Dorica, est quædã pars Græciæ circa Thessaliã
Doriscum, promontorium in Attica.
Drepanũ oppidum Siciliæ & mõs. Ver. hinc Drepani me porta & illætabilis ora: vbi obijt Anchises
Dryades nymphæ syluarũ vel arborũ, q̃ & hamadryades vocantur. Nã drys græce quercum significat. Declinatur autẽ hæc dryas huius dryadis.
Dryopes populus circa Parnassum, scilicet Phocenses cultores Apollinis.
Drydæ vel Druidæ, erant magi & superstitiosi homines in Gallia syluas inhabitantes.
Dulichium insula in Maliaco mari, circa Achaiã inter Echinades insulas et Itachã, sub ditiõe Vlyssis olĩ Vñ Dulichius accipitur ꝑ Vlysse ĩ ad eũ ptinẽte
Durias magnus fluuius hispaniæ circa Numãtiã ꝑ Vacceos fluens, qui Galetiã separat a Lusitania.

EBurones sunt Galliæ Belgicæ populus, q nũc dicuntur Leodienses.
Ecbatana vrbs Medorum caput regni.
Echinades vel Echinæ sunt insulæ in Maliaco mari
Echion fuit vnus e socijs Cadmi primi regis Thebarum, & pater Pẽthei regis, q ab eo dicitur Echionides, & Echionius. i. Thebanus.
Edessa vrbs Mesopotamiæ vel Syriæ, vbi regnabat Abagarus, qui Christo literas misisse fertur.
Elea vrbs Græciæ in Aeolica regione, vbi natus fuit Zeno, q ab ea vocatur Eleates. Hinc eleatica doctrina dicitur logica, quam Zeno Eleates inuenit, vt ait Aristo.
Electra filia Oceani & Tethyos vxor Atlantis. Alia fuit filia Atlantis. Item alia soror Orestæ.
Elamitæ populus maritimus in Arabia.

Elimais regio Asiæ maioris vicina Persidi.
Elis idos, vrbs Achaiæ vel Arcadiæ, apud quã exercebatur curule certamẽ in honorẽ Iouis Olympici. Inde eleus a um, de quo Vergilius: Hic vel ad elei metas & maxima campi &c.
Eleusin vel eleusis est ciuitas in Attica, non ꝑcul ab Athenis, vbi erat nobile templum Cereris, quę ex hoc dicitur eleusina mater.
Elice est stella maris vel sidus iuxta polum arcticũ qđ dicitur Vrsa maior vel calisto. Vide superiꝰ arctos. Luc. Parrhasis obliquos elice cũ verteret axes
Elisa est proprium nomen Didonis reginæ primæ Carthaginis.
Elysium scđm poetas est locus in medio inferoꝝ suis voluptatibus plenus, vbi dicũtur esse aiæ bonoꝝ. Verg. Sed amœna piorum Concilia elysium ꝙ colo. Hinc adiectiuum elysius.
Elpenor vnus e socijs Vlyssis, quẽ Circe mutauit in porcum. Homerus tñ ait, qđ cũ ebrius esset de scalis cadens sit mortuus.
Emathia est regio Græciæ: alio nomine Macedonia vel Thessalia.
Emerita augusta est vrbs Lusitaniæ opposita Anæ
Emmaꝰ vrbs Palestinę, post dicta Nicopolis (fluuio
Emolphus pater Musæi poetæ vetusti.
Empedocles Agrigentinus. i. ex Agrigento oppido Siciliæ, vir doctus, discipulus Pythagoræ, & inuentor rhetoricæ, poeta & philosophus, qui de rerum natura versibus scripsit: hic, vt putaretur deus factus, noctu a socijs clã discedẽs, in ardẽtẽ caminũ mõtis Aetnæ se misit, sed ferreæ eiꝰ crepidę ex camino ꝑ flammã reiectæ, rẽ patefecerũt. Hor. Deus immortalis haberi Dũ cupit Empedocles, ardentẽ frigidus Aetnã Insiluit. Alij tñ aliter de eius morte scripserunt.
Enceladus gigas titani & terrę filius, cũ cõtra deos

bellaret, a Ioue fulmine dicitur occisus, & sub Aetna monte sepultus. Verg. in. 3. æneí.

Endymion quidã pastor, quem Luna amauit, & vt eũ dormientẽ posset osculari, sopiuit eũ in Lat= mo monte Cariæ. Ouidius.

Latmius Endymion nõ est tibi luna pudori.

Engonasis a curta, est signum cœleste, & interpreta tur genu innixus. Nam videtur esse vir cũ draco= ne pugnans, quem volunt esse Herculem.

Enyo est bellona. i. dea belli vel furor bellicus.

Martial. Cũ dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo.

Enyochi quasi tenentes habenas. i. equitantes, sunt ferus populus in Pontica regione.

Enipeus auriga Hectoris, a Diomede occisus.

Enipheus fluuius Thessalíæ, ab Othry monte de= scendens in Apidanum fluuium. Lucanus:

Sanguine Romano quã turbidus ibit Enipheus.

Ennosigeus. i. Neptunus deꝰ maris, quasi cõcutiens terrã. Nã enno significat cõcutio, gean terrã. Iu= ue. Ipsum cõpedibus qui vinxerat Ennosigeum.

Eous est oriens vel aurora. Vergilius:

Aut cum sole nouo terras irrorat Eous. Accipitur etiã adiectiue. Luca. Tradimꝰ Hesperias gẽtes ape rimus eoas. i. orientales. Scribitur etiã quãdoq̃ p diphthongon æ. Vergi. Aeoasq̃ domos Arabũ.

Epaminũdas Thebanus dux optimꝰ, occisus a Spar tanis in prælio, cũ quo vt ait Iustinus, gloria The banorum & nata & extincta fuit.

Learchus filius Athamantis & Inonis quẽ pater furio sus factus pro ceruo necauit.
Leda vxor Tyndari regis Laconiæ, cum qua Iupiter in forma cygni dicitur coiisse, & illa fabulatur duo oua protulisse, & ex vno ouo nati sũt Pollux & Helena immortales: Ex altero ouo Castor & Clitemnestra mortales. Hinc Pollux & Castor vocantur ledæi.
Lemannus est lacus Galliæ, non longe a Rhodano, nunc vulgo dicitur Lausanensis.
Lemnos insula in Aegæo, vna cycladũ, in qua nutritus fuit Vulcanus, q & Lemnius dicitur. Itẽ lẽniades, id est, mulieres In Lemno, cũ essent viris suis odiosæ, illos a longo bello reuersos, vna nocte simul occiderunt, præter Hypsipylen, quæ patrem suum regem seruauit, vt ante dictum est.
Lenæus. i. Bacchus, a lenos qđ est torcular aut lac⁹.
Leonides rex spartæ, qui parua suorũ manu Xerxẽ regem euntẽ in Græciã diu tenuit, & tandem cum suis fortissime pugnans occubuit. Iustinus libro. 2 Item alius fuit pædagogus Alexandri magni.
Lerna est locus Achaiæ circa argos, & palus in qua fuit Hydra multis capitibus, quorum aliqua quoties Hercules amputasset, mox renascebantur plura. Sed tandem congesta lignorum strue eam exussit. Vergilius
Lernæus turba capitum circunstetit anguis.
Lesbos insula circa Troadem, habens vrbem Mytilenen patriã Alchæi, & Sapph⁹ poetarũ lyricorũ
Lethe fluuius inferorum, & interpretatur obliuio Inde Lethæus. Etiam est fluuius in Africa.

Leucas insula circa Epyrum, et vrbs in ea caput Acarnaniæ.

Leucates promontorium Epiri prope Ambraciam vrbem. Vergilius:

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.

Leucothea, id est, alba dea, sic dicta est Ino vxor Athamantis, postquam summersa, facta est marina dea.

Leucothoe, filia Orcani Babylonij, quam a Phœbo grauidatam pater crudeliter defodit viuam. Sed Phœbus eã mutauit in arborẽ thureã, vt ait Ouidiu. 4. Meta.

Leutre oppidum Bœotiæ.

Leuctra oppidum Laconiæ,

Libanus mõs Phœniciæ, vel inter Syriam & Phœniciam.

Libethrides sunt musę, dictæ sic vel a Libethra fonte Magnesię, vel a Libethro spelunca Aoniæ prope Parnassum.

Liber Bacchus, quod liberat a curis. Hinc liberalia id est Bacchanalia,

Libya regio Africæ. Aegypto contermina, dicta a Libya coniuge Epaphi filij Iouis, ponitur pro tota Africa. Etiam dicitur libye huius libyes.

Liburnia regio inter Illyricum & Dalmatiã, nunc vulgo nominatur Croatia, & potest esse pars Sclauoniæ. Hic Liburni dicũtur habitatores Liburnię

Lycambes vir Thebanus, de quo vide Archiloch⁹.

Lycia regio minoris Asiæ inter Pãphiliã & Cariã, ĩ qua sunt Patera & Myra vrbes insignes, illa ortu hæc episcopatu diui Nicolai. Olim habuit Lycia vrbes. 70. Item lycij dicuntur incolæ Lyciæ.

Lycaon a producta rex Arcadiæ, pater calistonis. qui solitus necare hospites, a Ioue cui idem facere tentabat, est mutatus in lupum. Ouidius primo metamorpho.

Lycaonia regio minoris Asiæ, iuxta Ciliciam.

Lyceus p æ diphthongon, mons Arcadiæ, in quo fuit tēplū Panos, vel Fauni, vel Iouis Lycæi. Ouī. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.
Lycastus vrbs Crete, dicta a Lupoꝶ copia.
Lyctus oppidum Cretæ. Inde lyctinns.i. Cretēſis.
Lycopolis vrbs Aegypti, dicta ſic a lupis, q hoſtes fugaſſe dicuntur. Nā lycus græce lupus dicitur.
Lycus Thebanus exul, q abſente Hercule, reuerſus Creontē regē occidit, & regnū tenuit. Alius rex Thebanus maritus Antiopæ, de quo ſuperius Antiopa & Dirce. Itē Lycus eſt fluuius Aſiæ.
Lycophron Chalcidenſis tragœdiaꝶ ſcriptor. Itē filius Periandri tyranni, qui patri, eo quod matrē occiderat, nunq̄ reconciliari potuit, neq; poſt hoc patrem videre voluit.
Lycurgus lacedæmonius princeps & legumlator. Alius fuit rex Thraciæ, qui Bacchum contemnens cū vites amputare vellet, ſibi crura amputauit. Alius itē fuit Lycurgus rex Nemeæ, pater opheltis
Lydia regio in Aſia minori, inter Cariā & Phrygiā
Lyæus.i. Bacchus, a græco verbo lyo, qđ eſt ſoluo, quia mentes hoīm & membra ſoluit.
Ligeris fluuius Galliæ Celticæ, circa Bituriges & aquitanos.
Liguria prima regio Italiæ ab Apennino ad mare Tuſcū. Itē a flumine Varo ad Macrā flumē. In q̄ ſunt vrbes Genua, Sauona, Naulū & Albigena & c.
Lilybeū promontoriū Siciliȩ verſus libyā & vrbs ibidem.
Lyndus vrbs in inſula Rhodo, vbi ſolis maledictis Herculi ſacrificabatur. V n̄ ſacrificare Herculi Lyndio vel Rhodio eſt maledicere.
Lynceus quidā vir miræ acuitatis in vidēdo. Hor. Nō poſſis oculo quantū contendere lynceus &c.
Lingones populus Galliæ in prouincia Lugduneñ Luca. Pugnaces pictis cohibebāt Lingōes armis.

Linternũ vic⁹ Campaniæ, vbi Scipio African⁹ inuidiæ cedens obijt ac sepult⁹ fuit.

Lin⁹ fili⁹ Mercurij, vel (vt vult Ver.) Apollinis & Vraniæ musæ, Theban⁹ poeta antiquissim⁹.

Lynx rex Scythiæ, qui Triptolemũ a Cerere missũ vt frumenti vsum hoib⁹ demonstraret, occidere tentauit, vt inuenti frumenti gloriã in se transferret. Sed a Cerere mutat⁹ in bestiã varij coloris.

Liris fluui⁹ in Italia prope minturnas oppidum.

Lipare a curta, insula vna ex Aeolijs in siculo freto

Lysipp⁹ sculptor nobilis. Martia.
Nobile Lysippi mun⁹ opusq; vides.

Lysander lacedæmoni⁹ dux clar⁹, qui Athenieñ p̃lio supe rauit, tandẽ occis⁹ a Thebanis.

Lis⁹ fluui⁹ Thraciæ, epot⁹ ab exercitu Xerxis, vt scribit Herodot⁹.

Lixos vrbs Mauritaniæ, regia quondã Anthei gigãtis, vbi etiã fuisse leguntur horti Hesperidum

Locri popul⁹ Græciæ in Locride regione iuxta Bœotiã. Itẽ popul⁹ & vrbs Brutiorũ, sup Lucrino mõte in finib⁹ Italiæ contra Siciliam.

Lotophagi popul⁹ Africæ, dict⁹ qđ loto vescatur. Nã lotos est arbor hñs poma dulcissima, sed in salubria, q̃ arbor abũdat apđ Lotophagos. Ad quos cũ venisset Vlysses, socios suos vix potuit abduce

Luca, vet⁹ vrbs Thusciç vel Hetruriæ. ĩñ luceñ. (re

Lucania regio Italiæ, inter Apuliã & Calabriã, vel inter Campaniam & Brutium. Inde Luca.

Luceria vrbs Apuliæ.

Luceres erãt milites Romuli, vel tertia pars populi Romani tẽpore Romuli regis, dicti a Lucerio

Lucetia est regia vrbs Galliæ. s. Parrhi-(principesij scđm aliquos. Alij scribunt Lutetia.

Lucina dea part⁹, quasi lucẽ dans, & est Diana.

Lucretia nobilis Romana vxor Collatini, quã Arũs regis Tarquinij fili⁹ per vim stuprauit. Qđ ipsa

cum patri & viro indicasset, cultro se occidit, & causam dedit, vt rex cum prole expelleretur, & vrbs libera fieret.

Lucrinus lacus Campanię, sic dictus a lucro propter copiam piscium.

Lugdunum vrbs Galliæ, a Planco Romano proconsule condita in colle, vbi Arar Rhodano miscetur, gallice dicitur Leons.

Luna fuit oppidum Hetruriæ, ad mare ligusticum, adhuc habens portum egregium.

Lupercal erat locus Romæ, & specus sub monte Palatino, vbi colebatur Faunus vel Panlycæus cōtra lupos. Hinc lupercalia quædam festa aut ludi, & luperci qui lupercalia agebāt, qui currebant nudi, & caprina pelle mulieres percutiebant, qđ putabāt conferre fœcunditatem. Iuuenalis,
Nec prodest agili palmas præbere luperco

Lusitania est regio & pars vlterioris Hispaniæ, nūc Portugallia appellata.

MAchaō media ꝓducta, filius Aesculapij, clarus medicus, sic & frater eius Podalyrius

Machareus filius Aeoli, qui Canacen sororem suam impregnauit. Vide superius canace.

Macedonia est regio Græciæ, inter Thraciā & Thessaliā. Vnde macedo e curta .i. habitator Macedoniæ

Macra fluuius Liguriā separās ab Hetruria.

Mæander fluuius Asiæ vel Phrygię, crebris flexibus ita curuatus, vt in se reuerti credatur, Ouidius
Quiq; recuruatis ludit mæander in vndis.

Mænalus mons altissimus in Arcadia syluosus.

Mænas, nadis, mulier insana, & Bacchi sacerdos, id est ebriosa.

Mæotis o lōga, magna palus Scytharum ex fluuio Tanai orta, & in pontum exiens,

Mæonia regio minoris Asię. Alio nomine Lydia.

Mæonides Homer⁹ dicitur a Mæone rege. q eũ educauerat, ł a regiõe mœonia, vñ & mœoni⁹ dicitur

Magnesia regio Græciæ, annexa Thessaliæ, cui⁹ populi dicuntur magnesij vel magnetes. Est etiã magnesia vrbs in ionia.

Maia filia Atlantis ex Pleione nympha mater Mercurij

Malea promontoriũ Græciæ in Laconia, vbi vnda seuissima est, & periculosa nauigatio. Et inuenitur media nunc longa, nunc breuis. Vergilius:
Ioniõq; mari maleæq; sequacibus vndis. Statius:
Destinet & raucæ circũsonat ira maleæ. Nomẽ aũt sumpsit a Maleo rege Argiuorũ, qui super hoc fecit Apollinis templũ, quod maleoticum dicitur.

Mallos oppidum Siciliæ. Vñ malliota gentile nomẽ

Maliacum mare quod circa Thessaliã dictum a Maleia vrbe.

Mamettini populus cãpanię. Et alius itẽ in Sicilia.

Manichæi heretici ponẽtes duo principia, vel duos deos: Vnũ bonũ & alterũ malũ. itẽ dicebãt Christũ nõ habuisse verum corpus, vt cæteri homines.

Mantua vrbs venetiæ vel Galliæ Italicæ. i. Longobardiæ prope Alpes, quam condidit Ocnus filius Mantus, & a nomine suæ matris appellauit. Hæc fuit patria Vergilij poetæ.

Manto filia Tiresiæ vatis Thebani, quẽ cæcũ ducebat, & patre mortuo in Italiã venit, & ex Libertino tege Tusciẹ genuit Ocnũ, q Mantuã condidit.

Marathon oppidũ in Attica, distãs ab Athenis circiter decem milia passuum, circa quod Theseus taurum terribilem occidit, vt Milciades Persas vicit, vt infra scribemus.

Marcomania cur. popul⁹ Germaniẹ inferioris, Rhenũ bellãdi causa trãsgressus. Sta. Quæ modo marcomãos post horrida bella vagosq; Sauromatas.

Mareotis regio Libyæ, Aegypto vicina. Vnde mareoticus a um.

Marica fuit nympha quadã marina, & q̃dã credũt fuisse venerẽ marinam.
Marmaridæ sunt populus Africæ in mareotide regione. Vñ & Marmaricus pro Libycus accipitur.
Marpesus est mons lapideus in Paro insula. Iñ Marpesius. i. marmoreus.
Marsya vir Phrygius, q̃ cantu tibiæ cũ Phœbo certauit. Sed a Phœbo victus, pro pœna fuit excoriatus & mutatus in fluuiũ. Oui. 6. meta. Iuue. Occurris fronte obducta ceu marsya victus.
Marchion hæreticus ponens duo principia, scilicet bonum & malum.
Marsi populus Italiæ inter Pelignos & Samnites, q̃ cõtra serpentes naturalẽ vim habuisse dicuntur.
Mars deus belli, filius Iouis & Iunonis, vel (vt alij ponunt) Iunonis tm̃. Nã vt fabulatur Oui. Flora dea Iunoni petenti florẽ ostendit, cuius tactu concepit, & martẽ peperit. Hinc martius. i. pertinens ad martem vel bellicosus.
Massagete populus Scythicus, Lucan.
Massagetes quo fugit equo volucresq; geloni.
Masinissa rex Numidarum in Africa, amic⁹ populi Romani.
Massilia vrbs Galliæ Narbonẽsis ad mare, a Phocẽsib⁹ cõdita, vbi beatę Marię Magdal. corp⁹ habetur
Massylij popul⁹ Africæ prope Mauritaniam.
Massic⁹ mons Campaniæ proferens egregia vina.
Matrona est fluui⁹ Galliæ ort⁹ in finib⁹ Lingonũ, & Celtas a Belgis separans.
Matuta est primæ lucis dea. s. aurora. Iñ matutin⁹,
Matin⁹ mons in Apulia, & Matini popul⁹ ibidem
Mauors. i. Mars de⁹ belli. Ouid.
Sic ego sic posita dixit mihi casside mauors
Mauri popul⁹ Africæ niger in mauritania, a maurõ qđ græce significat nigrũ, quia nigri sunt.
Mauritania est regio mauroꝝ in fine Africę, Hispa

niã versus. Nã a Betica separãtur Gaditano freto
Mausolus rex Cariæ, cui mortuo Artemisia vxor fecit sumptuosissimũ sepulchrũ, quod dicitur mausoleũ. Et inter septem orbis miracula numeratur.
Medea filia Oetæ regis colchorũ ex Hypsea cõiuge, quæ Iasonẽ ex Thessalia cũ argonautis profectũ amauit. Et cũ iurasset ille quod eã nunquã relinqueret, adiumento fuit vt vellus aureũ acquireret & draconem occideret. Cũ igitur cum Iasone clã abiret, & pater eã persequeretur, vt illũ retardaret fratrẽ suum paruulum noĩe Aegyaleũ vel Absyrtum quẽ secum habebat occidit, & ei⁹ corpus membratim discerpsit &c. Cumq; iã multis annis cũ Iasone vixisset in Græcia, & aliquot filios ex illo habuisset, Iason eã repudiauit, & Glaucã Creontis regis filiã duxit. Medea vero repudiata filios Iasonis occidit, & regiã incendens Glaucam & Creontẽ exussit. Sed Iason seipsum interfecit, postea Medea facta est vxor Aegi regis Atheniẽsis Deinde in Asiam refugit, vbi ex rege Medũ filiũ suscepit, a quo Media prouincia appellata est. Fuit autẽ Medea venefica & incantatrix ꝑcipua. Vnde dicitur Aesonẽ Iasonis patrẽ, ex sene iuuenẽ fecisse suis herbis & carminibus. Vocatur etiã Aeetias a noĩe patris, & Colchis a regione patriæ.
Media regio maioris Asiæ, Assyriæ & Persidi adiacens. Inde Medus, id est aliquis ex Media, & Medeus e producta.
Mediolanum vrbs Metropolis Insubriũ Gallorum in Italia transpadum, non procul ab alpibus.
Medusa u producta, filia Phorci vna Gorgonum, quæ a Neptuno in templo palladis stuprata fuit, quare Pallas irata, capillos ei⁹ mutauit in angues, fecit etiam vt omnes eam inspicientes mutarẽtur in lapides, qđ propter eius summam pulchritudinem fictum est. Postea Perseus, Iouis & Danaes fi

lius acceptis a Mercurio talaribus, id eſt, alis & enſe falcato, item a Pallade ſcuto accepto, Meduſam dormientem decollauit, & illo capite hoſtibus oſtenſo, illos in ſaxa mutauit.

Poſtea Pallas hoc caput impoſuit ægidi, id eſt ſcuto ſuo.

Megæra eſt vna de tribus furijs infernalibus. Claudia. Improba mox ſurgit triſti de ſede megæra.

Megara filia Creontis & vxor Herculis, quam ille furens occidit.

Megaris pars Atticæ, in qua eſt vrbs Megara. Itẽ Megaris eſt etiam vrbs Siciliæ, & corripit a.

Melas fluuius in Aſia, & alius in Thracia, alius itẽ in Bœotia, a Parnaſſo fluens & Palladi ſacratus, quoniam oliuis obſitus eſt.

Melampus, Amithaonis filius argiuus vates & medicus.

Meleager a producta, filius Oenei regis. Aetoliæ. Cum autẽ grandis aper Aetoliam deuaſtaret Meleager ad illum occidendum cõuocauit proceres, inter quos fuit Atalanta virgo, q̃ aprum primũ vulnerauit. Meleager autẽ eius amore captus cum aprum ipſe occidiſſet, illi caput apri dedit. Quod ægreferentes duo auunculi Meleagri, caput virgini volebant auferre, ſed Meleager illos occidit. Tũc Althæa ſoror occiſorꝝ & mater Meleagri, vt neces fratrũ vindicaret, fatalẽ ſtipitẽ igni imponens, Meleagrũ pariter exuſſit. Nã Meleagro recens nato, Althæa mater eius Parcas vidit ſtipitẽ igni imponere ac dicere. O puer tã diu viues quã diu hic ſtipes. Althæa ergo Parcis abeuntib⁹, mox ſtipitẽ igni extraxit, & diligenter cuſtodiuit. Iã vero erga fratres pia, ſed erga filiũ impia, illum ſtipitẽ rurſus igni impoſuit. Quo cõbuſto Meleager etiã cõbuſtus fuit. Ouid. 8. Meta.

Melicerte vel melicertes, deus quidã marinus, alio nomine Palæmon. Vide ſuperius Ino.

Melesigenes est propriũ nomẽ Homeri poetæ, sum ptum a Melete fluuio, prope quem natus est. Nam Homerus postea cognominat⁹ fuit a cæcitate sua, vt ante scripsimus.

Melissus vetus rex Cretensinm, cuius filiæ Ioue in fantem pauerunt. Alius eo nomine fuit philoso phus samius, auditor Parmenidis.

Melite insula inter Africã & Siciliã melle abũdãs.

Melpomene penultima curta, est vna musarũ dicta a Greco verbo melpome, qđ ẽ cãto, vel a melodia.

Mẽphis nobilis & regalis vrbs in Aegypto, ad Ni lũ sita. inde memphiticus & memphitis adiectiua

Memnon filius Thitoni & Auroræ, qui Troianis ex oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille occisus fuit, ad cuius sepulchrũ quod est prope Ilium quotannis ex Aethiopia volãt aues, quas vocant memnonias.

Menalippus Thebanus qui Tydeũ occidit, & ab il lo occisus & laceratus. Vide Tydeus.

Mendes vrbs in Aegypto. Vnde mendesiũ ostium vnum Nili & oppidum.

Menalippe regina Amazonnm ab Hercule capta.

Mænalus superius menalus.

Menapij populus iuxta Rhenũ fluuium. Olim in ter Gallos Belgas, nũc inter Germanos computa tus, & vulgo Iuliacenses appellantur.

Menelaus filius Atrei, frater Agamẽnonis rex Spar tæ ciuitatis, & maritus Helenæ, quã rapuit Paris.

Menedemus Erethriensis sophista, auditor Platonis temporibus Socratis.

Meneciades Patrocl⁹ fili⁹ Menetij, amicus Achillis.

Menœceus per tres syllabas, nobilis Thebanus, fili us Creontis, qui postea rex fuit. Argiuis autem Thebas valide oppugnantibus Tiresias vates ait vrbẽ expugnandã, nisi aliquis de progenie illorũ q nati fuerãt de dentib⁹ serpentis occisi p cadmũ

morti se traderet. Itaq; Menœceus super murum stans, ense suo se transfixit & in hostes se demisit Et mox illo viso hostes abierunt. Ita narrat Stati. Thebaidos libro decimo.

Menander Græcus poeta comicus

Mentor cælator paterarum egregius.

Mæonia & Mæonides, quære ante mæonia,

Mercurius filius Iouis & Maiæ filiæ Atlantis. Hic dicitur deus eloquẽtię & interpres aut nũci⁹ deorum Cicero enumerat quinq; mercurios, sed parum refert

Meroe insula Nili apud Aethiopes, in qua fœmina solebat imperare. Item ibi sunt fœminæ mammosæ, id est grãdibus mammis. Iuuenalis Quis timidum guttur miratur in alpibus, aut quis in Meroe crasso maiorem infante mamillam.

Mesana vrbs Siciliæ propinqua peloro, colonia ciuiũ Romanorum, cuius habitatores vocãtur mamertini, qua mamertinis Cãpaniæ populo venerunt.

Messenia regio in Achaia, habens mõtes, 18. In qua regione est ciuitas Messenæ.

Mesopotamia regio oriẽtalis inter tigrĩ & euphraten fluuios sita, vñ & nomẽ habet. Nã mesos græce, medius latine, Potamos fluuius dicitur. Igitur hæc regio habet ab oriẽte tigrĩ, ab occidẽ. Euphraten, a meridie Babyloniã, ab aquilone Caucasum.

Metaurus fluuius Vmbriæ preterfluens vrbem Fanũ, circa quẽ M. Liuius, & Claudius Nero profligauerũt Hasdrubalem fratrẽ Hannibalis.

Metapontum, vrbs Italię in sinu tarentino.

Methymna vrbs in insula Lesbo, vbi bonũ nascitur vinum.

Metius, suffetius, dux Albanus, tẽpore Tulli regis Romanorũ, a quo rege vocatus ad bellũ Metius contra Fidenates, venit quidem sed prælio abstinuit suos. Tullus vero hostibus superatis, Metiũ equis in diuersa nitentibus alligatũ discerpi fecit

Mycenæ mycenarum, vrbs Achaiæ a Perſeo cōdita ꝑpe argos, quæ quandoq; habuit imperiū Achaię & tandē ab Argiuis euerſa. Horatius:
Aptum dicet equis argos diteſq; Mycenas.
Micypſa rex Numidarū filius Maſiniſſę regis. De quo Sall. in Iugurthi, fuit enī Iugurthæ patruus.
Micone o curta, inſula prope Delū, & vna cycladū
Midas Gordij filius rex Phrygiæ ditiſſim⁹. De hoc fabulātur quod Bacchus ei dedit optionem peten di a ſe quicquid vellet. Ipſe aūt petit vt quicquid tangeret, aurū fieret. Annuente Baccho, Midas vt rem experiretur, attigit ligna, lapides, & poma, et mox oīa erant aurea. Sed cū cibus & potus a ſe contacti aurū fierent, tunc tandē ſentit ſe ſtulte pe tiſſe, & pœnitens Bacchum orauit, vt hoc munus auferret, Cui Bacchus iuſſit vt in Pactolo flumi ne ſe lauaret, & ſic liberaretur. Vnde tūc aurū eſſe cœpit in Pactolo. Poſteacum Phœbus & Pan car mine certarent, et Tmolus mons iudex electus, ꝑ Phœbo ſententiā tuliſſet, Midas q etiā adderat in genij ſtoliditate Pan prętulit. Quare indignatus Phœbus, aures aſininas Midæ fecit, quas Midas ſic occultauit, vt nemo ſciret preter tonſorē. Tonſor aūt tā nouā rē neq; tacere potēs, neq; ꝓloqui au ſus, foſſam fecit, in qua clamauit hæc verba: Aures aſininas habet rex Midas. Deīn foſſam terra redo peruit. Succeſſuq; tēporis creuerūt illic arūdines, q̄ cōmotæ, vocē quā tōſor infoderat reddiderūt: Hæc oīa Ouidius libro vndecimo Metamorph.
Mygdonia regio littoralis Macedoniæ.
Milciades dux clarus Athenienſium, qui cum vnde cim milibus ſuorū profligauit ſexcenta milia Per ſarum in campis Marathonijs. Poſtea tamen dam natus peculatus in carcerem coniectus obiit. Neq; ſepeliri permiſſus eſt antequam filius eius vincula patris aſſumpſit.

Miletus e lõga, vrbs Metropolis in Ionia aut Asia. Alia est in Creta. Alia in Lesbo. Inde mileteus.

Miletum oppidum in Attica iuxta Bœotiam.

Milo Crotoniata, id est ex vrbe Crotone fortissimus vir, qui vnum bouem per stadium portabat humeris, eundemq́ manu occidit. Alius fuit Romanus qui Clodium occidit.

Mimolones o curta, vel Mimallonides dicũtur fœminæ bacchantes, id est, Bacchi sacra peragentes, a mima monte Asiæ.

Mintius fluuius Italiæ qui ex Benaco fluuio ortus, vrbẽ Mantuã circumit, deinde fluit in Padum.

Minerua, id est, pallas filia Iouis, ex cui⁹ cerebro nata dicitur, est dea sapiẽtiæ & artiũ et bellorũ. Ponitur pro natura, pro ingenio, & pro arte.

Minyæ arum, populus Thessaliæ, qui cũ Iasone nauigauerunt in Colchos. Lucan.

Minyæ gens cognita remis.

Minos filius Iouis & Europæ, rex Cretensiũ, quib⁹ & leges scripsit. Hic fingitur a poetis esse Iudex apud inferos, sicut & frater eius Rhadamanth⁹

Minois idis, id est, filia Minois, scilicet Ariadne, de qua ante.

Minotaurus (vt poetæ volunt) erat monstrum natũ ex Pasiphae vxore Minois, habens formã partim hominis, & partim tauri, quod Pasiphae concepit ex tauro, vñ vocatũ est minotaurus. Quod inclusum labyrintho, carnibus humanis vesceba tur. Cœgit etiã Minos Athenienses q Androgeũ filiũ suũ occiderant, vt quotannis in Cretã mitterent septem filios & septẽ filias Minotauro comedendos. Tertio autẽ anno Theseus sorte missus Minotaurum occidit, et auxilio Adriadne filiæ minois labyrintho egressus euasit.

Minturnæ oppidum Campaniæ.

Myrmidones populi Aeginæ insulæ, quos fabulãtur

ex formicis ortos: nã myrmix Græce formica dicitur. Reuera tamen ita vocantur, quia fuiut laboriosi vt formicæ.

Myron statuarius insignis.

Myrrha filia Cinaræ regis, quæ nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio cũ illo, ignorante quod filia sua esset cõcubuit. Postquã vero pater filiã suã esse resciuit, eã gladio voluit occidere, sed Myrrha fugiens per Arabiã, mutata fertur in arborem sui nominis, Genuit quoq; filiũ nomine Adonidẽ, de quo superius. (damia

Myrtylus auriga Oenomai regis. de quo sup. Hipo

Myrtoum mare est pars maris Aegæi a Myrtilo denominatum.

Mysia ꝓuincia Hellespontí, vel pars Thraciæ versus orientem, scilicet, a Triballis vsq; ad Euxinũ quæ hodie vocatur Bulgaria. Quidam scribunt Mœsia, sed melius putatur mysia.

Misenus e longa, promontoriũ Italię in Campania dictũ a Miseno Troiano tubicine, qui primũ Hectoris, deinde Aeneæ comes fuit. Sed cum in Italiam venisset Aeneas, Misenus Tritonẽ marinũ deum & tubicinẽ prouocauit ad certamen. Triton autem indignatus illum summersit, vt Vergilius ait in sexto. Et sepultus est in monte qui ab eo Misenus appellatur.

Mithridates a longa, maximus rex ponti, qui .66. annis bellauit cum Romanis: nam sæpe victus sẽ per rebellauit. Tandem cum a filio quoq; persequeretur, se ipsum occidit. Alius rex Parthorũ.

Mitylene penul. prod. oppidum in insula Lesbo.

Mnemosyne mater nouem musarum, & interpretatur memoria.

Moabitæ sunt quidam Arabes appellati sic a Moab filio Lot. (Herculem

Molorchus fuit pastor in Nemea sylua, qui rogauit

vt occideret ibi leonem.

Momemphis vrbs in Aegypto.

Monacris mons Arcadiæ.

Monychus propriū nomē cētauri qui in bello contra Lapithas arboribus vtebatur pro telis. Iuue.
Quantas iaculetur Monychus Ornos. (bens.
et interpretatur sol⁹ vnguis vel solidas vngulas ha-

Monœcus arx & portus Lyguriæ, vbi templum Herculis fuit.

Molossia pars Epiri, et pro toto Epiro ponitur. Inde molossus, i. epiroticus, & molossi magni canes.

Mœsia ciuitas Hellesponti, & regio circa Pannoniā & Macedoniā quæ & Musia: vide superius.

Morini i curta, populus Galliæ Belgicæ, ad oceanū contra Angliam. Verg.
Extremiq; hominum Morini.

Morum vrbs Galliæ Terauana dicitur.

Morpheus filius aut minister somni dei, qui Morpheus inducit dormientibus varias formas & apparitiones. Ouidius. 11. Metamor.
Excitat artificē simulatorēq; figuræ Morphea.

Mulciber vulcan⁹ de⁹ ignis, sic dict⁹ q mollit ferrū

Munda vrbs Hispaniæ Beticæ, vbi Cæsar pugnauit contra filios Pompei.

Murrhanus fuit priscus Latinorū rex, a quo deīn alij reges latini oēs dicti sunt murrhani, sicut Albani reges dicti sunt syluij: Aegyptij, Ptolemæi.

Musæ sunt nouē filiæ Iouis & Mnemosinæ, id est, memoriæ, quæ poetis & musicę præsunt, & cunctis bonis artibus: nam musa Græce, latine cantum significat Musarum nomina sunt, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Therpsichore, Erato, Polymnia, Calliope, Vrania. De his singulatim vide suis locis. Dicuntur autē habitare in Helicone monte Bœotiæ, vnde vocantur Heliconides. Habent & alia multa nomina, quæ suis locis inuenies.

Musæus vetustissimus poeta Græcus, temporibus Orphei, filius Apollinis, vel (vt alij dicunt) Eumolphi.
Mutina i curt., vrbs Italiæ in Flaminia.
Mutius nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porsenna rege Romã obsidẽte sol⁹ iuit in castra regis vt illũ occideret. Sed cũ regẽ nõ cognosceret, & aliũ ꝓ rege necasset comprehensus, & cõiuratos prodere iussus, manũ suã diu in igne tenuit, vt ostenderet nulla pœna se vinci posse. Rex aũt admirat⁹ ei⁹ fortitudinẽ, eũ liberꝝ dimisit. Tunc Muti⁹ pro gratia regi dixit vt sibi caueret, qa trecẽti Romani cõiurassent ita facere sicut ipse fecerat. Quapropter rex pacificat⁹ est cũ Romanis. Fuit ali⁹ Muti⁹ postea clar⁹ iurecõsultus

NAbathæa regio orientalis, inter Arabiã & Indiã sita, dicta a Nabath filio Ismael. Ponitur etiã adiectiue. Oui.
Eurus ad aurorã Nabathæaq; regna recessit.
Naiades a curta, dicuntur nymphæ fontiũ vel fluminũ. In singulari dicitur Naias per duas vel ꝑ tres syllabas.
Nais nomen nymphe aquaticæ, a nao, qđ est fluo.
Napeæ sunt nymphæ syluaꝝ. Nã nape sylua dicitur. Verg.
Faciles venare napeas.
Narbo clara ciuitas Galliæ ad ostiũ Rhodani a qua denominata est Gallia narbonensis, q̃ & Brachata dicitur, & vulgo Gothia, vel (vt alij putãt) delphinatus.
Naritia vrbs locridis in Græcia. Etiã vrbs Calabriȩ q̃ & Locri dicitur, s. a Locrensibus condita. Vergi. Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. Quidã etiã scribũt Nariã esse insulã in Ionio: sed verius illa dicitur neritos, vnde Vlysses neritius, non naritius appellatur.

Nar fluuius Vmbriæ, qui Narniã vrbem perfluit.
Narcissus filius Cephisi fluminis & Lyriopes nymphe, qui iuuenis pulcherrim⁹, & venator, cum a multis nymphis, & præcipue ab Echo nympha amaretur, oẽs tamẽ superbe contẽneret, tãdẽ sua ipsius forma captus est. Nã cum formã suã in fõte vidisset, ac nymphã esse putasset, cum ea potiri non posset, nimio desiderio contabuit, mutat⁹ in florem purpureum. Ouidius tertio Meta.
Nasamones populus ferus & crudelis in Africa prope syrtes, de spolijs naufragorũ viuẽs. In singulari dicitur Nasamon media curta, & in obliquis o producitur.
Nasica i longa fuit agnomẽ cuiusdã Scipionis nobilis Romani, qui Gracchũ seditiosum virũ occidit
Nausicaa i longa, filia Alcinoi regis Phæacum
Naucratis oppidum Aegypti.
Nauplus parer Palamedis. Vide Caphareus.
Naxos insula in Aegæo, vna cycladum vini ferax, quæ & Dia dicitur & strongyle.
Neapolis insignis vrbs Cãpaniæ ad mare sita, quæ & Parthenope dicitur,
Necropolis oppidũ Aegypti, distãs ab Alexãdria 30. stadijs vbi Cleopatra anguibus admoris hubentibus se extinxit, ne in triũphũ duceretur ab Augusto.
Neleus filius Neptuni, & pater Nestoris, qui Neleus vrbem Pylon condidit in Laconia. &. 12. filios genuit quos omnes præter Nestorem Hercules occidit, & vrbem euertit.
Nemea e curta, regio Arcadiæ, inter Cleonẽ & Clytoriũ vrbes, in cuius regionis sylua Hercules leonẽ occidit, & illus pelle inducbatur. Hinc adiectiuũ nemæus, quod e producit, nã diphthõgus est
Nemesis e curta, dea ĩdignationis, quæ de felicitate superbiẽtes vlciscitur, interpretatur enĩ indigna-

tio. Eadem Rhamnusia vocatur.

Neoptolemus filius Achillis ex Deidamia, alio nomine Pyrrhus.

Neoptolemus interpretatur nouus miles.

Nephele mater Phryxi & Helles, quę ob id Nepheleias dicitur.

Neptun⁹ filius Saturni ex Ope, habitus deus maris Nam Saturnus tres filios habuit, Iouem, Neptunum, Plutonem, qui regiones ita diuiserũt, vt Iupiter haberet loca supiora, Pluto inferiora. Neptunus marina vel insulas. Vnde finxerunt poetæ Iouem esse deum superorum, Plutonem inferorũ Neptunum vero aquarum.

Neritos mons in insula Ithaca & pro ipsa insula sæpe ponitur. Vergili.

Et Neritos ardua saxis.

Hinc Vlysses huius insulæ rex, Vocatur Neriti⁹

Nessus fuit centaurus, quem Hercules occidit, De hoc vide superius Deianira. Inde Nesseus a um.

Nereus Oceani & Tethyos filius, marinus deus & ponitur pro mari.

Nereides filię Nerei. f. nymphæ marinæ.

Nestor filius Nelei rex Pyli, qui cum. 50. nauibus, ad Troiã venit cũ Græcis cum esset natus annos amplius ducentos. Nam tertiã ætatẽ hominũ viuebat, eratq; facundus & dulci loquela.

Neuius antiquus poeta comicus Romæ.

Nicea vrbs bithyniæ metropolis; secũdũ strabonẽ

Nicomachus nobilis medicus pater Aristotelis. Itẽ alius filius Aristotelis.

Nicostrata regina Arcadiæ mater Euandri. Alio nomine Carmenta.

Nicomedia vrbs Bithyniæ.

Nicopolis vrbs in Epiro, quam ita vocauit Augustus, a victoria quam habuit ibi de Antonio. Item alia vrbs in Aegypto.

Nyctéis.i.Antiopa filia Nyctei. Vide Antiopa.

Nyctileus.i.bacchus, quod interpretatur nocturn9 quia noctibus fiebant eius sacra.

Nyctimene puella q̄ cū patre cōcubuit, mutata ob id in noctuā. Ouid. 2. Meta.

Ninus filius Beli, scd's aut potius primus rex Assyrio℞. Nā Belus solā habuit Babyloniā. Nin9 vero totā Assyriā. Ninos vel Niniue vrbs magna quā Ninus rex condidit.

Niobe o curta, filia Tantali & vxor Amphionis regis Theba℞, q̄ septē filios & totidē filias præstātibus formis habens superbiuit, & Latonæ matri Apollinis & Dianæ se prætulit. Quapropter Apollo oēs ei9 filios & filias sagittis occidit, & Niobe præ nimio dolore facta immobilis, mutata dicitur in lapidem. Oui. 6. Meta.

Niphates a longa, fluuius in Armenia & mons.

Nireus rex Naxi, formosissimus post Achillem in exercitu Græco℞ ad Troiam.

Nysa ciuitas Aegypti, ꝓpinqua Arabiæ, in qua Bacchus nutritus fuit. Alia ciuitas Indiæ, a Baccho condita. Itē pagus in Helicone monte. Hinc Bacchus vocitur Nysæus.

Nysirus parua insula, non longe a Co, vbi nascuntur optima vina.

Nisus rex Megarensis, habens capillū purpureum, de quo fatatū erat qđ cū priuaretur capillo, amitteret regnū. Cū ergo Minos rex Nisum obsidēs amaretur a Scylla filia Nisi, ipsa vt Minoē sibi conciliaret, capillū patris abscidit. Deinde Nisus dicitur mutatus in auē halietū, q̄ est species aquilæ, & valde persequitur cyrim auem, in quā Scylla fuit mutata. Verg. 1. Geor. Ouidius octauo Metamorphoseos.

Nisus etiā Troian9 Hyrtaci fili9, & summ9 amicus Euryali, qui cū Aenea venerunt in Italiā. Et cū

hi duo noctu transirent p hostes dormientes, & illorum multos occidissent, tandē ab equitibus Euryalo comprehenso & occiso, Nisus cum fugere potuisset, maluit cū amico mori, necato tñ prius illius occisore. Ver. in. 9. Aenei.

Noes fluui9 Thraciæ, descendens in Istrum.

Nola vrbs Campaniæ, q̄ prius Sidicinū dicebatur.

Nomades gens Scythica vltra Rascianos, nunc tartari dicuntur

Nomentum oppidū Sabinorum, vbi bonū vinū nascebatur.

Nonacris mons Arcadiæ, a quo Atalāta dicitur Nonacrine, quasi filia Nonacris vel arcas.

Noricum est regio Germaniæ, q̄ nunc Bauaria dicitur.

Nuceria ciuitas Campaniæ nouē millibus passuum a mari.

Numa Pompilius secūdus rex Romanorum, ex Curibus oppido Sabinorum, electus in regē, q populum Romanū a ferocia bellorum conuertit ad cultū deorū: nā multas superstitiones induxit.

Numantia vrbs Hispaniæ in Celtiberia, q̄ a Romanis obsessa p annos. 14. cum haberet tm̄ quatuor hoim millia, nō solū sustinuit, sed etiā vicit quadraginta millia Romanorum. Tandē tñ a Scipione posteriore post longā & arctissimā obsidionē deleta. Cū em̄ fame laborarent, nec eis daretur iusti certaminis copia, omnia sua & seipsos igni immiserunt.

Numicus i longa, fluui9 in Latio prope Lauinium, in quo submersus fuit Aeneas.

Numidæ populus ferus in Aphrica inter Carthaginē & Mauritaniā, quorum regio dicitur Numidia, vulgo aūt Barbaria nunc vocatur.

Nursia Sabinorum oppidū nō ignobile in altis Vmbriæ montibus, cuius ciues Nursini vocantur.

OAxis fluuius Cretæ insulæ, dictus ab Oaxe filio Apollinis. Vnde & Oaxia vrbs ibidẽ, autores sunt Vibius & Plistenes. At Seruius putat fluuium esse Mesopotamiæ, quem nõ sequũtur in hoc alij commentatores Vergilij.

Oceanus est mare quod vniuersam terrã circumit, & a terris propinquis denominatur, vt apud Britanniã dicitur Oceanus Britannicus, apud Gades Gaditanus, apud Indiã Indicus. Intrat vero terrã inter Hispaniã & Africam. Item inter Asiã & Europam, per Bosphorum & Hellespontum.

Octauia soror Augusti, quã M. Antonius vxorẽ habuit, & post repudiauit. Alia fuit filia Claudij imperatoris, quã Nero habuit vxorẽ, & eã occidit, vnde est tragœdia Senecæ.

Octauius pater Augusti, qui ex hoc dicitur Octauianus: & quandoque etiam Octauius, vt apud Iuuenalem.

Ocnus filius Tiberini Tuscorum, & Mantus filiæ Tiresiæ, qui Ocnus Mantuã condidit, & alio nomine Bianor dicitur.

Odrysæ vel Odrysij, sunt populus Thraciæ.

SEQVENTIA NOMINA HAbent initio œ diphthongon, quæ sonant e.

Oebalia est Laconia ab Oebalo rege sic dicta. Inde adiectiuum œbalius, id est, Laconius. Statius
Soluerat œbalio classem de littore pastor.
Item Tarentum vrbs Calabriæ dicitur œbalia, quoniam fuit a Laconibus condita.

Oeagrus fluuius Thraciæ, pater orphei.

Oechalia vrbs Laconiæ, quã Hercules euertit propter Iolen filiam Euriti regis, qui eam sibi despõsam postea negarat.

Oedipus filius Lai regis Thebani & Iocastæ, quo nondũ nato pater Apollinẽ consuluit, qui respõdit eũ a filio nasciturо necandũ, quare Laijs infãtẽ mox vt natus fuit pastori necãdũ dedit. Pastor autẽ puerũ perforatis illius pedibus & trãsmisso vimine, suspendit ad arborẽ. Sed Phorbas pastor Polybij regis Corinthiorũ inuentũ puerũ ad reginã suã portauit, quæ liberos non habens, eum ꝓ filio educauit, & a pedũ tumore nominauit Oedipodẽ. Qui cũ adoleuisset orta inter Phocenses seditione, patrẽ nesciusoccidit. Deide cũ Sphinx monstrũ stãs in colleapud Thebas, ænigma transeuntibꝰ proponeret, ac soluere nesciẽtes occideret, statutũ fuit vt quisquis phingos ęnigma solueret, Iocastæ nuptijs & regno Thebano potiretur, tũc Oedipus Sphinga deuicit. & regnũ Thebanũ accipiẽs, etiã matrẽ nescius duxit vxorẽ, & ex ea genuit Polynicem & Eteoclẽ filios, qui post ea de regno certãtes, mutuis perierũt vulneribꝰ Tãdem Oedipus cũ cognouisset quod patrẽ occidisset & matrẽ duxisset, oculos sibi eruit. Quẽ Antigone filia ducebat, & se occidere volentẽ custodiebat. Declinatur autẽ Oedipos Odipodis & Oedipi. Legitur etiã Oedipodes in nominatiuo.

Oenone o lõga, nympha phrygia amica Paridis antequam raperet Helenam.

Oeneus rex Aetoliæ pater Meleagri, qui inde dicitur Oenides. ouidius:

Cõiugis oenides uersus in arma prece est.

oenomaus filius Martis, rex Arcadiæ. Vide supra Hippodamia,

oenotrij dicuntur Itali ab oenotro rege Sabinorũ.

oenotria dicitur Italia vel a copia & bonitate vini, vel ab oenotro filio Lycaonis, qui ex Arcadia in Italiam venit.

oeta mons inter Macedoniã & Thessaliam, vnde

Hercules Oeteus dicitur, qm̄ in Oeta fuit exustus & sepultus.

Oeta vero sine diphthongo p tres syllabas, fuit rex Colchorum, pater Medeæ. Ouid.

Excipit hospitio iuuenes Oeta pelasgos.

Sed melius scribitur per æ diphthongon, Aeeta. Vide superius.

Oetus gigas filius Aloei, & frater Ephialtis. vide A

Ogyges rex antiquissimus Bœotiæ, qui Thebas ędificauit. Inde Ogygius, id est Thebanus, & ogygidę ipsi Thebani. (loeus

Ogygia insula Phœnicij maris, vbi Calypso regna (bat

Oiclus Argiuus. i. Amphiarai pater. Vnde Amphiaraus Oiclides dicitur.

Oileus i longa, rex Locrorū, pater Aiacis vnius.

Olenus e curta, vrbs Arcadię vel Achaię, vbi nutrita fuit Capra amalthea, quę Iouē infantem aluit.

Hinc ipsa capra in cæleste signū relata dicitur Olenia. Ouidius:

Nascitur oleniæ signum pluuiale capellæ

Olympia locus in Achaia inter Eliden & Pisam vrbes, vbi erat templū Iouis olympij, vbi etiā Hercules instituit ludos currules & gymnicos, qui celebrantur quinto quoque anno, & illi ludi vocantur olympia pluraliter.

Olympias vero tempus est quatuor annorum, scilicet spatium de vnis olympijs ad altera

Olympus mons altissimus in Græcia inter Thessaliam & Macedoniam, qui nubes transcēdit. Et dicitur ab olos quod est totus, & lampos quod est splendens vnde pro cælo capitur. Est & alius olympus in Gallogræcia, alius in Misia, alius in Aethiopia ad mare rubrum.

Olynthus vrbs Thraciæ iuxta Atticam, ab Atheniensibus tandem euersa.

Omphale a curta, puella & regina Lydię cui Hercu

les propter amorem seruiuit vt ancilla dominæ.

Ophiuchus est signum cæleste, quod alij putāt Herculem esse, alij Aesculapium. Et interpretatur anguitenens, vel serpentes tenens. Male scribūt aliqui ophiolchus.

Opheltes filius Lycurgi, a serpente necatus. Vide supra Archemorus.

Ops filia Cœli et Vestæ, soror & vxor Saturni, quę etiam Rhea dicitur. Hinc opalia festa opis, & opigena Iuno filia opis.

opis nympha, comes Dianæ. Vergi.

opis ad æthereum pennis aufertur olympum.

opus huius opuntis, vrbs Locridis, a qua Locrenses vocantur opuntij.

Orcamus rex Assyriorum. Vide Leucothea.

Orchades insulæ multæ in oceano boreali, vltra Britanniam, syluosæ & incultæ.

Ordessus fluuius Scythiæ, in Istrū fluēs ex oriente

Oreades a curta, nymphæ montanæ. Nā oros græce dicitur mons.

Orestes filius Agamēnonis regis, & Clytemnestræ qui matrē occidit, eo quod illa patrē suū occiderat. Deinde Pyrrhū Achillis filiū qui Hermionē sibi prius desponsam vxorē duxerat, occidit clam in tēplo, & Hermionē recepit. Postea furiosus ob hæc scelera factus vagabatur, & custodiente eum Pylade amico fidissimo, peruenit in regionē Tauricam, vbi sororē suā inuenit, cum qua profect[us] est in Italiam. Vide Iphigenia & Pylades.

Orchomenus e curta, vrbs Bœotiæ vbi tēplum fuit tribus Gratijs dicatū. Plinius tamē orchomenum ponit in Arcadia. De Gratijs vide supe. Charites.

Orcus Pluto dicitur, & pro inferno ponitur, est etiam fluuius Thessaliæ quē Homerus scripsit ex inferis ortum in Peneum labi. Vide Peneus.

Orion i pduct. filius Neptuni ex Euryale filia Mi

nois secundum Hesiodum. Alij fabulantur eũ ex urina Iouis, Neptuni, & Mercurij genitum: quos deos cũ Enopius quidã hospitio excepisset, eisq; bouem mactasset, petiuit vt sibi filium concederent. Illi ergo in corio bouis vrinam fecerunt, ex qua humo obruta nat⁹ est Orion, quasi vrion. Nã vros græce vrina dicitur. Orion igitur venator factus cũ Dianam vellet violare, a scorpione occisus est, & inter sidera positus: est enim sidus qđ a latinis iugula vocatur.

Oricum est vrbs in Epiro vbi therebinthus arbor nascitur.

Orithyia filia Erichtei regis Atheniensis, quã Boreas raptam tulit in Thraciam, & ex ea genuit Zethum & Calaim: alia fuit amazonum regina, de qua Iustinus libro secundo.

Oropus est opipdũ in Attica in confinio Bœotiæ

Orodes fuit rex parthorꝝ qui Crassum Roman. cepit & occidit.

Orphe⁹ Thrax filius Aeagri vel Apollinis & Calliopes musę, poeta vet⁹ & citharœd⁹ optim⁹, atq; theolog⁹, q dulcedine cant⁹ dicitur feras et saxa, et iferos mouisse. Nã Euridicen vxorẽ cãtu recepit ab inferis, vt supius habes ĩ eurydice. Instituit aũt Orpheus sacra Bacchi, & tandẽ a mulierib⁹ bacchãtibus discerptus fuit. Licet alij putent ipsum fulmine perijsse.

Ortygia insula in Aegæo, alio nomine Delos.

Ortona vrbs in Pelignis ad mare Adriaticum.

Osci populus antiquus in Campania, Vergilius: Oscorumq; manus.

Osiris ĩ longa, Iouis ex Niobe filius rex Argiuorũ primo, deinde relicto fratri eo regno profect⁹ in Aegyptũ, ibi regnauit & Isim duxit vxorẽ. Tandẽ a Typhone fratre suo clam occisus fuit et ab Iside diu quæsitus. Quæ inuentũ tandem corpus sepeliuit in insula quæ dicitur Abatos, Vbi cũ po-

ftea bouem inueniſſent Aegyptij, putauerunt Oſi
rim eſſe deificatũ, & bouem illũ Memphim ducẽ-
tes, pro deo coluerunt, & apim vocantes, ſacra il
li inſtituerunt, & certo ſpatio peracto illũ in flu-
mine mergentes, alium bouem ſimilis formæ cũ
luctu quærebant. Quo inuento cũ magna lætitia
vociferabantur. Tibullus:

Te canit atq; ſuum pubes miratur Oſirim.
Babrara memphitim plangere docta bouem.

Oſſa mons Theſſalię pinis plenus, vbi centauri mo
rabantur. Inde Oſſæus a um.

Oſtia fuit oppidũ olĩ Latij in oſtijs tiberis ad mare

Othris mõs Theſſaliæ ſedes olim Lapitharũ. Luca.
Solſtitiale caput nemoroſus ſummouet Otris.

Oxyrinchus, ciuitas Aegypti, dicta ab Oxyrincho piſce qui templum habuit. Nam Aegyptij vniuerſi colebant duos piſces pro dijs, ſcilicet lepidorũ & Oxyrinchum. Item duas aues, ſcilicet, accipitrem & ibim. Item tria terreſtria, ſcilicet bouem, canem, & felem. Quidam etiam colebant crocodilum, & alij ichneumonem paruum animal quod occidit Crocodilum. Hæc Strabo.

Pacorus o curta rex parthorum occiſus in Syria per Ventidium Romanum.

pachynos y longa promontoriũ Siciliæ, prope Syracuſas, auſtrum verſus.

pactolus o longa, fluuius Lydiæ, qui olim deferebat auri ramenta. Vnde & Chryſothoas dicitur, & labitur in Hermum fluuium.

pacuuius Brũduſius nobilis tragœdiarũ ſcriptor, & nepos Ennij poetæ, claruit Romæ temporibus Scipionis & Lælij.

padus maximus Italiæ fluuius, ortum habens ad radices veſuli mõtis. Et eſt primo paruus, ſed dein de. 30. fluminibus auctus per ſeptem oſtia ruit in

Adriaticum mare. Vocatur etiam Eridanus.
Padusa fluuius in padum fluens.
Padua vrbs Venetiæ circa padum; alio nomine Pa tauium.
Pœan Pœantis, pater Philoctetæ, qui Pœantius dicitur a patre.
pæan pæanos, Apollo & laus Apollinis & quæcũque laus. Item pes quidam.
pæon quidam medicus præstantissimus, vnde pæonius pro medicinalis accipitur.
pæones populus in Thessalia vel Macedonia.
pæstũ oppidum Lucaniæ, vbi est nobilissimus aer. Vnde & rosaria ibi bis florent. Inde pæstanus.
pagasa vrbs Thessaliæ. Alio nomine Demetrias. Inde Pagaseus. Lucanus:
Vt pagasea ratis peteret cum Phasidos vndas.
Palæstina regio Syriæ coniuncta Arabiæ. Eadẽ Iudæa dicitur.
palamedes e longa filius Naupli rex Euboiæ insulę occisus ab ipsis Græcis ad Troiã fraude Vlyssis. Nã cũ Græci conuocarentur ad bellũ Troianum, vlysses vt domi maneret furere se finxit, & diuersis animalibus littus arabat. Palamedes autẽ vt simulationem vlyssis detegeret, filiũ illius aratro opposuit &c. Deinde cum apud Troiã essent, & Vlysses frumentatũ missus in Thraciã nihil attulisset, Palamedes eodem profectus multũ frumenti attulit. Igitur Vlysses videns palamedem sibi esse contrariũ, curauit in tentorio palamedis aurũ occultari. Deinde ipsum coram principibus accusauit, dicens quod a Troianis aurum accepisset vt Græcos traderet. palemede negante, quæsitũ & inuentum est aurum: & ipse innocens lapidatus est. Hic a gruib⁹ quæ volando miros ordines seruãt, ordinem aciei et quasdam literas didicit, vñ grues dicuntur aues Palamedis.

Palemon de⁹ marinus qui & Melicerta. Vide Ino. Alius fuit grāmaticus Romę tēporib⁹ Quintilia.
Palatinus mons in vrbe Roma, dictus a palanteo oppido quod ante Romā ibi fecerat Euāder rex.
Palas dea pastorū cuius festa primo palilia, deinde parilia dicebantur.
Palici duo filij Iouis et Thaliæ vel Aetnę nymphę, quæ cum a Ioue grauida facta esset, timore Iunonis, orauit vt sibi terra dehisceret, quod & factū est: sed postea tempore partus instāte, rursus aperta tellus gemellos peperit, qui palici dicti sunt, et in Sicilia pro dijs colebantur.
Pallas filia Iouis sine matre, qa ex cerebro Iouis dicitur nata. Et dicitur esse virgo & artiū & armorum dea. Inuentrix olei, lanificij: vñ olea dicitur Palladis arbor. Vocatur etiā Minerua & Tritonia
Palinurus promontoriū & portus in Lucania, prope oppidū Feliam, dictus a Palinuro gubernatore classis Aeneæ ibi sepulto, qui per somnū in mari de naue ceciderat.
Pallene regio Macedoniæ, & vrbs Arcadiæ.
Palmyra magna vrbs Assyriorum, inter imperia Romanorū & Parthorū sita, & a Salomone condita.
Pamphylia regio minoris Asiæ, prope Lycaoniam & Lyciam.
Pamisus fluuius Thessaliæ, vnus de quinq; princi(palib⁹
Pan rusticus deus pastorum cornutus & caprinis pedibus.
Panætolium mons maximus in Aetolia, vel conuentus Aetolorum.
Panchaia regio Arabiæ scilicet Sabæa, vbi thus nascitur. Vnde fit Panchæus a um, id est Sabeus. i
Pandion i longa, rex Athenarum, pater Prognes & Philomelæ.
Pādora o louga, mulier formosissima et gratiosissima, cui singuli dij sua dona dederūt scilicet Pallas

sapientiã, ven⁹ decorẽ, Apollo musicã, Mercuri⁹ eloquentiã. Vñ dicitur pandora, quasi oĩm donũ vel ab hominibus donata. Hanc (vt ait Hesiodus) Iupiter in terram misit, vt homines deciperet.

Pannonia regio duplex. Superior Pannonia est quę nunc Austria dicitur, Inferior autem dicitur Hungaria.

Panomphæus est epitheton dei, a pan id est omnis, & omphe id est vox, quia deus omnium voce colendus est, vel quia omnes voces audit. Ouidius: Ara Panomphæo vetus est sacrata tonanti.

Panormum oppidum Siciliæ. Inde panormita.

Pantheon templũ Romæa M. Agrippa conditum. Ioui vltori, & interpretatur omnium deorum.

Panthoides dicitur Pythagoras philosophus, q̃ dicebat se fuisse Euphorbum Troianũ Panthoi filiũ.

Panthagia fluuius Siciliæ.

Panticapes fluuius Scytharum, quintus ab Istro.

Paphlagonia regio Asiæ minoris.

Paphus vrbs in insula Cypro Veneri sacra. Unde Venus dicitur paphia.

Parcæ tres deæ fatales. s. Clotho, Lachesis, Atropos quæ quicquid homini addixerint, id fieri necesse est, vt fabulantur poetæ.

paretonium vrbs & grandis portus in Aegypto.

Paretonius adiectiuum. Lucanus:
Inde paretoniam fertur securus iu vrbem.

paris filius priami regis Troiæ ex Hecuba vxore, q̃ cũ esset grauida, somniauit quod pareret facẽ quę Troiã combureret. Qua re territus rex, iussit vt puer mox vt natus esset occideretur. Hecuba vero materna pietate mota, curauit illũclam educari apud pastorẽ. Et cũ adoleuisset Iuno, pallas & Venus de pulchritudine cõtendentes propter aureũ pomũ, in quo scriptũ erat: Detur pulchriori, a Ioue ad paridẽ arbitrũ missæ sunt, Cui cum Iuno te

gnum, Pallas sapientiã, Venus voluptatem & pulcherrimã mulierẽ ꝓmisisset, ipse pro Venere sententiã tulit. Postea a parre agnitus, in gratiã susceptus, Spartã nauigans, Helenã vxorẽ Menelai regis rapuit, ob ꝙ ortũ est bellũ Troianũ. Tandem Achillem dolose occidit. Etiã vocatur Alexãder, occisus tandem ab Aiace Oilei vel a Pyrrho.

Parnassus mõs in Phocide, habẽs duos colles, quos aliqui falso nominãt Cithæronem & Heliconem. Nam illi sunt montes per se. Item Parnassus fuit dicatus Apollini & Baccho. Vnde poetæ dicuntur eũ frequẽtare, & parnassides musæ dicuntur.

paros insula in Aegæo vbi candidissimũ habetur marmor, quod parium dicitur.

parma ciuitas Galliæ in Italia a fluuio parma dicta

Parrhasia ciuitas Arcadiæ. Iñ parrhasius. i. arcadic⁹ & parrhasis, idis, dicitur mulier arcas, vt Calisto.

Parrhasius pictor eximius, Vide infra zeuxis.

parthenius mons Arcadiæ, sic a virginibus dictus. Nã parthenos vel parthenice virgo Græce dicitur Item parthenium est oppidum Arcadiæ.

parthenope vrbs cãpaniæ, alio nomine Neapolis, a parthenope vna Syrenum ibi sepulta.

parthenopeus penultima ꝓducta Meleagri & Atalante filius, rex Arcadum, qui pene puer, ꝓfectus ad bellum Thebanum, est occisus.

parthi popul⁹ fer⁹ in Asia maiori, circa Persas. Eorꝫ regio parthia dicit, q̃ ab occasu terminatur Media, ab aqlone Hyrcania, ab oriẽte Aria, a meridie deserto carmaniæ

pasiphae p quatuor syl. filia solis. (et vxor Minois regis Cretẽsis, q̃ turpi amore tauri dici. arsisse, et inclusa ligneæ vaccæ cũ tauro coisse, et ex illo cõcepisse mõstrũ taurino capite, qđ mino taur⁹ dicebatur. Serui. ĩ pam coisse cũ Scriba regio (q taur⁹ noiabatur)

pasythea vna gratiarꝫ, alio noĩe En phrosine, Sta. Mõ hoc phasithea blãdarꝫ. i. sororꝫ.

Patara vrbs Lyciæ, vbi colebatur Apollo, qui ob id Patareus dicitur. Eadē fuit patria D.Nicolai episcopi
Patræ, arū, vrbs Achaiæ, in longiſſimo promontorio, poſita ex aduerſo Aetoliæ, in ea diuus Andreas apoſtolus paſſus fuit.
Pathmos inſula parua in Aegæo mari, vna Sporadum in qua diuus Iohānes euangeliſta exulās apocalypſim ſcripſit.
Patauium vrbs Venetiæ, alio nomine Padua, Inde Patauinus.
Patroclus Locrenſis Menetij filius, cū in patria cædē feciſſet, fugit in Theſſaliā ad Peleū regē, cuius filio Achilli fuit chariſſimus, & cū illo profectꝰ eſt ad bellū Troianū. Cum aūt Achilles iratus ob raptam ſibi ab Agamēnone amicā, pugnare nollet Patroclus eius arma induit, & ſic territurꝰ Troianos in pugnā venit. Sed ab Hectore occiſꝰ, cauſa fuit vt Achilles ad prelia rediret, ac Hectorē necaret
Pauſanias dux Lacedæmoniꝰ, in bello contra Xerxem proditionis dānatus, alius nobilis adoleſcens in Macedonia, qui Philippū regē patrem Alexandri occidit, eo quod iuſtitiam ſibi ſæpe rogatus exercere noluiſſet.
Pegaſus equus alatus, Neptuni & Meduſæ filius, vt alij dicunt, ex cruore occiſæ Meduſæ natus, qui in Heliconē volās, & pede terrā feriēs, fontē fecit muſis ſacrū, nomine Hippocrenem. Deinde cū in Pirenem fontē dulcem, caput inclinarct, Bellorophon ipſum aſcendit, & in cœlum volare volens, tandem decidit. Pegaſus autem in cælū perueniens inter ſidera poſitus eſt.
Pegaſides muſæ dicuntur a fonte Heliconis illis dicato, quem Pegaſus pede ſuo feciſſe fertur.
Pelaſgi ſunt Theſſali a Pelaſgo Iouis filio denominati, & Pelaſgis ipſa Theſſalia.
Pella vrbs littoralis Macedonię, in qua nati fuerūt

Philippus & Alexander filius eius reges Macedo-
num, qui ob id dicuntur Pellei. Iuuena.
Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.
Peleus Aeaci & Aeginæ filius, qui ex Thetide ge-
nuit Achillem, qui Pelides dicitur. Ouid.
Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.
Pelias filius Neptuni rex Thessaliæ, patruus Iaso-
nis. Etiam Pelias est patronymicum, & quasi ad-
iectiue ponitur. Ouid.
Transeat Hectoreum pelias hasta latus.
Sed tunc fit a Pelio monte.
Pelion mons Thessaliæ syluosus, vnde patronymi (cũ pelias
Peligni populus Italiæ in Sabinis ex
quibus natus erat Ouidius.
Pelops rex Achaiæ filius Tãtali regis Phrygũ, quẽ
Pelopen pater coxit, & dijs apposuit carnes. Sola
tñ Ceres humerũ comedit aliis abstinentib. dein
de Pelops vitæ redditus, humerũ eburneum rece
pit, deide cũ Oenomao rege Achaiæ certauit et ui
cit: vide superius Hippodamia. Habuit aũt filios
Atreum & Thyestem, qui Pelopidæ dicuntur.
Peloponnesus regio Græciæ, alio nomine Achaia,
inter duo maria sita. Vnde Peloponnesus, id est,
Pelopis insula,
Peloruso produ. promõtoriũ Siciliæ Italiã versus
Pelusium est vnum de, 7. ostiis Nili, Arabiã sepa-
rans ab Aegypto.
Penelope filia Icarii & vxor Vlyssis, cui ad bellũ
Troianũ profecto, & post hoc diu per orbẽ vagã
ti, fidem & pudicitiã seruauit, licet a multis pro-
cis solicitaretur.
Peneus fluui⁹ Thessaliæ inter Ossam & Olympum
mõtes, q̃ orcũ fluuiũ accipit, sed nõ recipit, sed o
lei modo supernatantẽ breui spacio portatũ ab-
dicat, pœnales aquas diriſq; genitas argẽteis suis
misceri recusa. ., vt Homer⁹ et Plinius scripsere.

Pentheus rex Thebanus, filius Echionis & Agaues Qui cũ sacra Bacchi contemneret, a matre ac sorore cæterisq; fœminis bacchantibus laceratus fuit.

Pentapolis regio Africæ, q̃ & Cyrenaica dicitur, habẽs quinq; ciuitates, inter quas principalis est Cyrene. Fuit etiã regio Iudeæ, a quinq; similiter vrbibus dicta, quæ propter nefanda flagitia perierunt, scilicet Sodoma, Gamorrha, Adame, Segor, & Seboim, quorum loco nunc est mare mortuum.

Pergamus clarissima vrbs Asiæ vel Troadis, quam Silenus fluuius intermeat. Hæc eadẽ vrbs Troia vocatur. Dicitur etiam pluraliter pergama. Verg. pergama cum peteret &c.

Hinc pergameus & pergamenus.

Pergea Diana dicitur a Perga oppido pamphiliæ.

Perinthus clara vrbs Thraciæ in propontide, alias dicta Heraclea. In qua fuit amphitheatrum quod inter septem spectacula orbis computatur. Nam fuit ex vno marmore factum.

Permessus fluui9 Bœotiæ, ex Helicone mõte fluẽs, & musis sacer. Dicitur etiam permessis Idos.

Persephone vel melius persephones dicitur proserpina filia Iouis & Cereris, quã Pluto rapuit, & vxorem duxit, vnde dicitur inferorum regina.

Perseus filius Iouis & Danaes, qui Medusam occidit, vt superius habes. Deinde Andromedã saxo alligatam & ceto deuorandã liberauit ac vxorem duxit, multosq; hostes ostenso capite Medusæ cõuertit in saxa. Tandem argos reuersus Acrisium regem auum suũ (a quo cum matre infans fuerat mari impositus) occidit, & pro eo regnauit. Vide Danae & Medusa.

Persepolis vrbs in Perside, a perseo condita.

Perses rex Macedoniæ, victus a paulo Aemilio consule Romano, & cũ filijs in triumphũ duct9. Quẽ tamen vt captũ sibi adduci vidit, paulus fortunã

eius miseratus, fleuit.

Persis regio orientalis quæ finitur a septentrionibus media, ab occasu susiana, ab ortu carmania, a meridie persico sinu.

Perillus quidam faber Atheniensis, qui phalari tyranno dedit a se factum æreum bouem, vt in eo homines inclusos supposito igne torqueret. Cũ aũt perillus grande præmiũ expectaret, tyrannus eũ boui illo inclusit, vt pœnã suã primus experiretur.

Pericles Atheniensis dux, eloquens & prudens.

Perusium vrbs Tusciæ.

Petilia oppidũ Lucanię, conditũ a philoctete.

Petra vrbs Nabatheorũ in Arabia, mõtibus & desertis circundata, & inaccessa.

Peuce insula borealis in Istro. Itẽ peuces ostiũ Istri

Petosiris quidã mathematicus vel astrologus.

Phaeton filius solis & Clymenes nymphę, q̃ multis precibus a patre impetrauit, vt currũ solis qui quatuor equis trahitur, vno die regeret, sed tanto operi impar, equis eũ non audientibus, sed extra viã currentib9 mund9 ardore solis incensus est. Quare Iupiter etiam cœlo timens, fulmine ipsum deiecit in padũ. Est aũt phaeton dictio trisyllaba Horat. in carmi. sapphi.

Terret ambustus phaeton auaros. Et est epithetõ solis, dictum a græco verbo phaeino, quod est illustro, vnde pro sole capitur. Errant aũt qui scribũt phoeton.

phaetontiades sunt sorores phaetõtis, scilicet filię solis. De quibus vide Heliades.

Pheaces, pę diphthongon, populus Corcyrę insulę ad quos vlysses venit. In singulari dicitur pheax

Phedra p diphthongon, filia Minois greis Cretę, et pasiphaes & Thesei vxor, q̃ Hippolytũ illi9 filium amauit.

Quem cũ ad amorem fui flectere non posset, accu sauit eũ apud patrẽ, quasi eã ille violare voluisset. At postquã Hippolytus ob hoc falsum crimen ne catus fuit, ipsa etiam semet occidit.

Phaetusa filia solis. Vide Heliades.

Phalaris media curta, tyrannus Siciliæ crudelissim⁹ in Agrigento vrbe. De quo supra Perillus.

Phalernus mons Cãpaniæ prope puteolos, vbi nascitur multum & optimum vinum, quod phalernum dicitur.

Phaneus mons in Chio, a rege quodam sic dictus.

Pharao antiquissimus rex Aegypti, a cui⁹ noĩe oẽs reges Aegypti vsq; ad tempora Salomonis dicti sunt Pharaones. Et lingua Aegyptiaca pharao significat regem, teste Iosepho.

Pharos vel phar⁹, parua insula Aegypti cõtra ostia Nili, & prope Alexandriã vrbem. In pharo fuit maxima turris, nauigantibus lumẽ prębẽs noctur no tempore, vnde etiã aliæ turres ad hoc factæ vocantur phari, Pharius ponitur pro Aegyptius.

Pharnax vel pharnaces rex ponti, filius Mithridatis qui patrẽ persecutus ad mortẽ coegit. Fauebat enim pompeio, qui cũ Mithridate bellabat. Tandẽ Cæsari rebellans, victus & pulsus fuit.

Pharsalos a longa, ciuitas Thessaliæ, in cuius cãpis C. Cæsar & Cn Pompeius acre prœliũ habuerũt, in quo pompeius victus fuit. Vnde Lucanus id prœliũ scribens, librũ suũ vocauit pharsaliam. Item ipsa ciuitas pharsalia dicitur. Lucanus:

Vincendum pariter pharsalia præstitit orbem.

Phasis grandis fluuius Colchorum & etiam vrbs. Hinc Medea filia regis Colchorum dicitur phasias & phasianæ aues illinc allatæ;

Phere ciuitas Thessaliæ, alia Laconiæ, alia Bœotiæ.

Pherecydes y longa poeta tragicus pediculari morbo consumptus, Serenus;

Sed quis nō paueat Pherecydis fata tragœdi.
Pherecl⁹ faber insignis, qui naues Paridis fabricarat
Phidias Atheniensis statuarius optimus. Vnde fit Phidiacus.
Philace vrbs Thessaliæ ī qua Prothesilaus īperabat
Philetas græcus poeta, elegiarum scriptor.
Philoctetes pœantis filius & comes Herculis quem sepeliuit & sagittas illius habuit. Cūq; iret ad bellum Troianū, vna sagittarū illarum in pede vulneratus, in Lemno mansit. Tandē in Calabria vrbem Petiliam condidit.
Phillyra nympha ex qua Saturnus Chironē genuit q Chirō Phillyrides appellatur a nomine matris.
Phileni duo fratres Charthaginēses, q ꝓ ampliatione suæ reipublicæ se viuos sepeliri sustinuerunt. Nā cū Carthaginēses & Cyrenēses diu certassent inter se de finibus agrorū, tandē ita conuenerunt vt certo tempore duo viri ex vtraq; ciuitate exirent, & vbicunq; illi sibi obuiarent, ibi vtriusq; ciuitatis finis esset. Igitur ex Carthagine missi phileni longe processerūt in fines Cyrenensiū, antequā illi aduenirent. Cumq; venissent tandem Cyrenenses, & se esse præuentos vidissent, grauiter indignati proposuerunt Philenis vt nisi retrocederēt, viui illic infoderētur. Quod postquā factū esset, Carthaginenses illic Philenis aras fecerunt.
Philadelphia ciuitas Lydiæ ad radices Tmoli montis. Strabo eā ponit in Mysia proximā Lydiæ, & terræmotibus vexatam dicit.
Philadelphus Ptolemæus rex Aegypti, bibliothecā fecit Alexandriæ fere quinquaginta milia librorū continentem. Idem rex libros Mosi curauit traduci de hebræo sermone in græcum per septuaginta interpretes.
Philippi orū, vrbs Macedoniæ. a Philippo rege condita, iuxta quā Cęsar & Pōpeius, deinde August⁹

& Brutus pugnauerunt.

Phyllis regina Thraciæ & Lycurgi, Demophontē Thesei filiū a bello troiano reuersum, & in thraciam tēpestate delatū adamauit, & aliquandiu pro marito habuit: sed cū ille Athenas pfectus statuto tempore nō redisset, ipsa amoris impatiētia se suspēdit in amygdalo, & in amygdalū dicitur es-

Philomena vel philomela filia pādionis (se mutata regis Atheniēsis, quā Thereus rex Thraciæ violauit, & linguā ei abscidit, & mutata fuit in auē sui noīs. Vide progne.

Phineus rex Arcadiæ, q cū filios suos impulsu scdę vxoris suæ cæcasset, ira diuina ipse etiā cæcatus fuit, & harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt aut fœdauerunt. Sed postea Zeth9 & Calaisa Phineo humaniter tractati fugauerunt illas Vide Strophades.

Phyton magnus serpens, quā sagittis occidit Apollo, q ob id dicitur phytius, & phytia ludi institutiin honorē Apollinis. Item phytonicus dicitur Apolline plenus.i. qui instinctu dæmonis futura coniectat. Quidā tñ scribūt python.

Phlegeton fluuius inferoꝝ semp ardens. Nā phlegeto græce significat cōburo, Verg. in. 6. Mœnia lata videt triplici circundata muro,

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegeton &c.

Phlegias filius Martis rex Lapithaꝝ pater Ixionis Vnde ipsi Lapithæ dicuntur phlegiæ. phlegias autē templū Apollinis delphici incendit, vnde grauiter cruciatur apud inferos, vt ait Verg.

Phlegræi cāpi sunt in Thessalia, vbi Iupiter cū gigantibus bellauit. Alij sunt cāpi phlegræi in Cāpania, vbi Hercules cū gigantib9 bellasse dicitur

Phlegon vn9 equoꝝ solis ab ardore dictus.

Phocion quidā nobilis Atheniensis & bonæ vitæ,

sed per inuidiã iniuste necatus. Lege plutarchum.
phocis parua regio Græciæ inter Atticã & Bœotiã. In phocide est oppidũ Delphi &c. Inde Phoceus & phocaic⁹. Vnde Pilades ab Ouid. dicitur phoce⁹
phœbus .i. Apollo fili⁹ Iouis & Latonæ, & interp̃tatur latine pur⁹ & splẽdid⁹, vnde ponitur ꝓ sole Vide supi⁹ Apollo. Itẽ phœbe est Diana soror phœbi, & ꝓ luna ponitur.
Phœbas est sacerdos phœbi. f. mulier vaticinans.
phemone filia phœbi, & vates, q̃ prima carmen heroicum cecinit.
Phœmus lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tẽpore noxia est, dieb⁹ aũt innoxia, vt inquit Ouid.
phœnicia vel Phœnice, regio maioris Asiæ, & pars Syriæ propinqua Iudææ, & valde fertilis frugũ.
Phœnix quidã rex phœniciæ, a quo regio noĩata est Ali⁹ fuit phœnix pædagog⁹ & magister Achillis.
pholus vnus centaurorum.
Pholoe mõs Thessaliæ in quo cẽtauri morabãtur. Est etiã nomẽ mulieris apud Vergilium
phorcyn vel phorcys rex Corsicæ vel Sardiniæ insularꝫ & pater Medusæ, q̃ ab eo dicitur phorcinis idos. phorcys aũt in mari submersus, marin⁹ de⁹ (habit⁹ est
Phorone⁹ rex Argiuorũ fili⁹ Inachi.
Phrahates rex Parthorũ, occisus a Scythis. Itẽ alius etiã rex parthorũ pessim⁹, q patrẽ et trigita fratres et filium interfecit.
phrygia regio minoris Asiæ, habẽs ab oriẽte Cappadociã, a meridie Lycaoniã, ab occidẽte Troiadẽ a septentrione Galatiã, q̃ tamen pars eius est. Et ꝓpter vicinitatẽ pro troade ponitur, vnde troes vel troiani dicuntur Phryges.
Phryx⁹ fili⁹ Athamãtis regis Thebarũ ex Neiphele vxore priore. Qui cũ Helle sorore sua insidias Iunonis nouercæ fugiens, super arietẽ aurei velleris cũ sorore discessit. Sed Helle in ponto submersa est. Phryxus vero venit in Colchos ad

Aetem regem, & ibi ariete immolato, illius vellus aureum suspendit in templo, quod vellus postea Iason abstulit. Aries autem inter cælestia signa locatus, vocatur Phryxeus e longa.

Picenum est regio Italiæ, quæ nunc appellatur marchia anconitana, ab Ancone ciuitate.

Picentes autem dicuntur habitatores piceni.

Picus filius Saturni, primus rex Laurentũ. Circe autem amore illius capta, sed spreta ipsum carminibus suis mutauit in auem sui noīs vt fabulantur.

Pierides dicuntur musæ, vel a piero monte Thessaliæ. in quo natæ fuerũt, vel a nouē filiabus pieri, quas canendo vicerunt. Nam vt Ouidius ait, Pierus habuit nouem filias, quæ musas ad certamen carminũ prouocauerunt. Sed victæ, cũ musis etiã maledicerẽt, ab illis in picas mutatæ sunt. Ouidiꝰ quinto Metamorphoseos.

Pylades Strophij phocensis filius amicus fidissimꝰ Orestis, quē furiosum factum non deseruit, sed eũ vsq; ad Tauricam regionem secutus pro ipso mori voluit. Nam in ea regione solebant aduenæ immolari Dianæ.

Pylos vrbs Laconiæ, in qua regnabat Nestor, qui ob hoc dicitur pylius.

Pindarus a curta, Thebanus poeta lyricorũ princeps, cuius domui vel posteris pepercit rex Alexander cum Thebas euerteret.

Pindus mons in finibus Thessaliæ. Item fluuius & oppidum,

Pimpla locus iuxta Parnassum montem, vnde musæ dicuntur pimpleæ vel pimpleides.

Pipleus fons Macedoniæ, a quo musæ vocantur pipleides.

Pyramus adolescẽs babylonius, Thisben puellã mutuo amore clam parentibus amans. Et licet a parentibus valde custodirentur, tamẽ constituerunt

vt nocte exirent, & certo loco cōuenirēt sub arbo re quadā. Thysbe autem prior illuc veniens, viso leone fugit in syluā, veste illic relicta. Quam vestem pyramus post veniens a leone laceratam videns putansq; Thysbē a bestia deuoratā, seipsum necauit. Quod Thysbe reuersa videns, se etiā eodem gladio peremit. Ouidius. 4. Methamorph.

Pyreus portus Atheniensis.

pyracmon vnus cyclopum, quem alij vocāt Acmonidem. Vide Brontes.

Pyrrha vxor Deucalionis. Vide supra.

pyrrh9 filius Achillis ex Deidamia filia Lycomedis regis in Scyro insula qui priamum occidit, capta Troia occisus postea ab Oreste. Vide super i9 Orestes. Alter pyrrhus rex Epyri, q cū Romanis pugnabat, occisus tandē saxo, cū oppugnaret argos

Pyrene mons acrocorinthi, musis sacer. Etiā mons Hispaniæ.

Pyreneus per tres syllabas, rex Thraciæ musas hospitio susceptas violare volens, cū illę per fenestras euolassent, ipse secutus eas decidit, & fractis membris expirauit. Ouidius. 5. Metamorph.

pyreneus per quatuor syllabas, altus mons Hispanię, quē aliqui pyrenē vocant. Item pyrenæi montes qui a pyrene proteuduntur in Galliam.

pyramides turres grādes & sumptuosissimæ apud memphim Aegypti vrbem, a regibus pro munimentis factæ. Sed & Rhodope meretrix maximā fecit pyramidem.

pyrgoteles gemmarū sculptor artificiosissimus.

pyrithous filius Ixionis rex Lapitharū cū Theseo amico suo descendit ad inferos, vt proserpinā raperet, sed a Cerbero deuoratus fuit, Theseus autē captus.

pyrodes Cilicis filius, qui primus ignem e silice excussit, vt plinius scripsit.

Pisa vrbs & regio Arcadiæ vel Achaiæ, vbi quinto quoque anno exercebantur ludi currules in honorem Iouis Olympici. In hac vrbe regnabat Oenomaus, de quo dictum est. Inde piseus a um.

Pisæ arum. vrbs Tusciæ maritima. Inde pisanus.

Pisaurum vrbs vmbriæ secundum Plinium.

Pistorium vrbs Tusciæ.

Pitecusa insula cũ oppido in Tusco mari circa campaniã

Pythagoras famius Italicæ philosophiæ princeps, qui discendi causa mundũ peragrabat. Tandẽ cũ doctissimus esset, a quodã interrogatus quis vocaretur, ait se esse philosophũ. Nã ad illud tempus docti viri vocabantnr sophi, id est, sapiẽtes, quod nomẽ Pythagoras soli deo cõuenire putans, philosophus dici voluit. Valde tamẽ errauit Pythagoras, putãs aĩas de corporibus in corpora post mortẽ transire, & aĩas hominũ quandoq; in bestias & pecora mitti. Vnde eius carnium prohibebat. Abstinebat etiã fabis, vt quidã volunt.

Pythius Apollo dicitur a pythone serpente. Vide supra Phyton.

Pittacus a curta, mitylenæus vnus de septẽ sapiẽtibus

Placentia vrbs in Italica gallia, id est in Longobardia circa Threbiam fluuiũ, & non procul a Pado.

Plateæ arum, vrbs Bœotiæ. Statius:

Nuntiat excubijs vigiles arsisse plateas.

Pleiades septẽ filiæ Atlantis & pleiones nymphę, & sunt septẽ stellæ in humero tauri, quæ & vergiliæ dicuntur. In singulari numero dicitur pleias. adis, id est, vna illarum.

Plemmyriũ fluuius Sicilię, et interpretatur exũdãs

Pleuron vrbs Aetoliæ.

Plotæ insulæ duæ in Aegeo, quæ & strophades.

Pluton filius Saturni & frater Iouis rex inferorũ. de quo vide superius Neptunus. Et interpretatur diues. Vnde etiam dis vocatur.

Podalyrius filius Aesculapij insignis medicus q̃ cũ Machaone fratre suo vocat⁹ a Græcis peste laborã tibus,a Creta venit ad Troiam. Ouidius:

Quantus apud Danos podalyrius arte medendi.

Pœan antis, pater philoctetis, qui ideo pœantius di (citur.

Pœni Carthaginenses qnasi phœni quia a phœnicibus orti.

Pola ciuitas in Istria.

Polemo philosophus platonicus, discipulus & successor Xenocratis, fuerat in adolescentia luxuriosus, sed a Xenocrate emendatus.

Polycletus e longa statuarius clarissimus.

Polynices supra Eteocles.

Polycrates tyrannus samiorũ fortunatissimus, qui vt aliquid aduersitatis habuisse videretur, anulum proiecit in mare, quem tamen cocus eius reinuenit in pisce. Tandem ab Oronte præfecto Darij regis cruci affixus fuit in excelso monte.

Polydorus o longa, filius priami & Hecubæ, causa vitãdi belli a Priamo cũ multo auro missus ad polymestorem regem Thraciæ. Sed Troia capta polymestor vt auro potiretur, occidit puerum, quo cognito Hecuba polymestori oculos eruit.

Polymestor rex Thraciæ, de quo etiam dictum est.

Polyhymnia vna musarum, & interpretatur multæ memorię, vel multũ canens a poly & hymnos

Polyphemus quasi multæ famæ, fuit filius Neptuni & vnus Cyclopũ, scilicet gigas vnoculus, carnibus humanis vescens. Qui cum aliquot socios Vlyssis comedisset, Vlysses ei optimũ vinũ propinauit, quo inebriatus cũ grauiter dormiret, Vlysses cum socijs eius eum hastis cæcauerunt. Idem antea amauerat Galatheam nympham, quæ tum eũ spreuit & Acim ei prætulit, quem Acim polyphemus saxo necauit.

Polentia oppidum Liguriæ in montibus situm.

polyxena e curta, filia priami & Hecubæ, quã pyrrhus fili⁹ Achillis iugulari fecit ad tumulũ patris sui, qui propter illã occisus fuerat. Nam Achilles visa polyxena in illius amorẽ adeo exarsit vt illã a priamo peteret vxorẽ ac pacẽ promitteret. Igitur annuente priamo cũ istius rei causa Achilles venisset in templũ Apollinis, paris eũ occidit.

pollux vide superius Castor.

pompeij oppidum Campaniæ. Inde pompeianum id est prædium circa pompeios.

pompeius magnus nobilis Rom. qui multa bella gessit. Tandem ciuili bello victus a Iulio Cæsare, profectus in Aegyptũ vt ibi repararet exercitũ, occisus dolo se fuit.

pontus pars maris circa Constantinopolim, alio nomine Euxinus, scilicet a bosphoro thracio vsque ad mæotim paludem. Est etiã lata regio circa illud mare sita, complectens Colchum, Cappadociã Armeniam & alias prouincias. Ponitur etiã pont⁹ generaliter pro mari.

porphyris insula in Laconico mari, alio noĩe Cythera

portunus palæmon deus marinus, qui portubus præesse putabatur.

porthmeus Charon portitor inferorum.

porsena vel porsenna rex Thusciæ, in vrbe Clusio, qui Romã obsedit, conatus Tarquinium regẽ eiectum reducere, tandem pacificatus recessit.

præneste oppidum Italiæ in monte positum.

praxiteles e curta, optimus statuarius, & nobilissimus marmorum sculptor, qui inter alia Gnidi fecit Venerem artificiosissime.

priapus a longa, filius Bacchi & Veneris, deus hortorum turpissimus. Nam in hortis ponebatur statua cũ magno membro virili. Colebatur autẽ maxime in Hellespонto, vnde hellespontiacus dicitur, & immolabant ei asinum.

Priamus Laomedontis filius rex Troiæ, qui habuit filios quinquaginta, quorum præcipui erant Hector, Paris, Troilus Deiphobus, Helenus, polytes. post euersionem Troiæ omnibus filijs eius occisis, & ipse a pyrrho senex occisus fuit.

Priene oppidum Ioniæ in Asia, patria Biantis.

Priuernum vrbs Volscorum fuit in Latio. Inde priuernates

Procyon est sidus quod latine canicula dicitur. Et interpretatur antecanis, quia paulo ante canē oritur cum leone. Horatius;

Iam procyon furit.

Prochyta y curta, insula in Thusco mari circa Campaniam, & vna ex Aeolijs.

Procustes latro crudelis in Attica, quē Theseus occi(dit.

Prœtus rex Argiuorũ, cuius filiæ cum superbirēt, & sese Iunoni speciositate prçferrēt, Iuno eis talem furorē immisit, vt se vaccas putarēt. Ouidi9 autē dicit eas a Venere, quam spreuerãt, primo in vaccas, post in lapides esse conuersas. Vergilius;

Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

Nam prœtides dicuntur filiæ prœti.

Procris filia Erichthei regis Athenarum, & vxor Cephali, quē venantē clam secuta est, latens inter frutices & obseruans eum. Nã audierat ꝙ ibi illa amicã habere solebat. Cephalus autem motum in fruticibus videns, ferã esse putans, vxorē ignarus occidit. Ouidius. 7. Metamor.

Progne filia pandionis regis Atheniēsis et vxor Terei regis Thraciæ. Quæ cũ iam filiũ Itym nomine peperisset flagrãs desiderio sororis suæ Philomelæ videndæ, virũ orauit vt illã ex Athenis sibi adduceret. Quod Tereus cum faceret, eam in itinere virginem violauit: & ne flagitiũ cuiquam diceret, linguã abscidit, ac in quodam loco conclusit, Progne dicēs, qđ soror in itinere obijsset. philo

mela autẽ oĩa quæ gesta erãt, in peplo pinxit, qđ peplum per ancillã misit ad prognen. Progne aũt bacchanalia simulãs sororẽ attulit: & filiũ suũ occidens, Tereo comedendũ dedit. Tereus re cognita cũ Prognen psequeretur, illa in hirundinẽ mutata fuit, & Tereus in epopem vel vpupam. Philomela etiam in lusciniam mutata est, & Itis puer in phasianum, quæ auis habet aures plumosas & pennas depictas, & frequens est apud phasim fluuiũ.

Prometheus Iapeti filius, q primus finxit ex luto simulachra. Vnde dicũt eũ homines fecisse. Fabulãtur enim quod in cælũ ascendẽs, ignem ferula sit furat⁹, quo simulachrũ a se factũ animaret. Vnde iratus Iupiter ipsum ligari fecit ad montẽ Caucasum adhibita aquila q̃ cor ei⁹ exederet. Quo figmẽto significatur fuisse vir studiosus et astronom⁹

propõtis est pars maris inter hellespontũ et põtũ.

proserpina i curta filia Iouis & Cereris, quã pluto ex Aetna rapuit in vxorẽ. Ceres autẽ vbiq̃ eã anxie quæsiuit, & cũ tandẽ cõperisset, Ioui cõquæsta est, q sententiã dedit, vt si nihil adhuc proserpina gustasset apud inferos matri redderetur, sed q aillã aliquid gustasse cõstabat, et Ceres incõsolabiliter dolebat, Iupiter eã ita placauit, vt proserpina medio tpe esset apud matrem .i. apud superos, & medio tpe esset apud inferos. Est igitur proserpina vxor plutonis & inferoꝝ regina, & ẽ luna.

protagoras rhetor & sophista temporib⁹ Socratis, cui Plato librũ inscripsit.

prothesilaus vnus ducum Græciæ, ex phylace vrbe Thessaliæ. Qui cum datũ esset Græcis oraculum vt qui primus ex classe descendisset in terrã Troianã periret, ipse magnanimus primus in terram descendit, & ab Hectore occisus est. Quem vxor eius ita fleuit vt ipsa moreretur.

proteus filius Oceani & Tethyos, marinus de⁹ pa

stor phocarum & vates, sed nisi coactus vi, nulla dans rñsa. Idē se transformauit in quācunq; formam, vt Ver. in. 4. Geor. fabulatur. Fuit autē rex Aegypti temporibus Priami regis Troiani.

Psylli gens fuit in Libya vltra Garamantes, & naturalem vim contra serpentes habens. Nā psylli neq; a serpentibus lædi poterant, & illorum vene num ab alijs hominibus exugebant.

Phthia regio Thessaliæ scilicet patria Achillis.

Ptolemæus fili⁹ Lagi militis gregarij, ī exercitu Magni Alexādri, sed ptolemæus ita se gessit vt inter duces esset. Et post Alexādri mortē rex Aegypti fact⁹, adeo clarus fuit, vt oēs sui posteri ab ipso denominati sint, & dicti ptolemæi vsq; ad tpa Aug.

Ptolemais vrbs phœniciæ, prius vocata Acha.

Punicus Carthaginensis. Vergilius:

punica regna vides. Vnde punica bella dicuntur quæ Romani gessere cum Carthaginensibus.

Puteoli oppidum Campaniæ a multitudine puteorum, propter aquas calidas ita dictum.

Quari populus Galliæ Narbonensis, inter Sallies & Vocontios, en france.

Quinquatria festa Mineruæ, q̄ quinto die post Idus cuiusq; mensis agebantur.

Quirinus dictus est Romulus, eo qđ semp vtebatur hasta, quæ Sabinorum lingua quiris appellatur. Quirinus etiā Martem significat. Item Octauianus Cæsar appellatus est Quirinus.

Qvirinalis collis in vrbe Roma, q, ī illo tēplū Quirini fuit, vel q ī illo habitauere Sabini a curib⁹ vr Quirites Romani dicūtur a Quirino (be veniētes primo rege vrbis conditore. Ante etiā Sabini appellabantur Quirites, a Curibus vrbe sua, de quibus Vergilius ait: Prisciq; Quirites.

Rhadamāthus fili⁹ Iouis ex Europa, et frater minois, q ābo dicūtur eē iudices apđ īferos

Rhagusium vrbs nobilis in Dalmatia, ab Epidau rijs condita.
Rhamnusia dea indignationis, quæ superbientes vlciscitur, alio nomine Nemesis, quod interpretatur indignatio.
Rhamnusia autem dicitur a rhamnus oppido Atticæ. Ouid. Exiget ac dignas vltrix rhãnusia pœnas.
Raphia vrbs palæstinæ post Gazam sita.
Rauẽna vrbs Italiç in Flaminia ad mare Adriaticũ
Rhea filia Cæli & vestæ, soror & vxor Saturni, alio noĩe ops. Rhea etiã dicitur Cybele mater deũ. Itẽ. rhea dicitur Ilia mater Romuli, de qua superi⁹ Ilia
Rheate oppidũ Sabinorum vmbilicus Italiæ.
Rhedones pp̃ls galliç ĩ ducatu Britãniæ ad oceanũ
Rhegium vrbs Galliæ Italicæ, i. Longobardiæ. Vn de Rhegienses.
Rhegyum vrbs Brutiorũ in finibus Italiæ ad mare contra Siciliam. Vnde rhegini.
Regium Galliæ condidit Lepidus Romanus.
Regulus supra Attilius.
Remus filius Martis et Iliæ, quẽ frater eius Romulus occidit, quia per ludibriũ muros nouos transilierat: vel quia vterq; regnare volebat, & ob hoc orto inter eos certamine, Remus occisus est.
Remis vrbs Galliæ belgicæ, inter Treuerim et Met tensem vrbem circa syluam Arduennam. In qua vrbe Francorum rex vngitur.
Rhenus fluuius nobilis, ab alpibus per Germaniã fluens, vel Galliã a Germania separans, tandẽ tribus ostijs in septentrionalem oceanum influit.
Rhenus etiã fluuius in Italia circa Bononiam.
Rhesus rex Trhaciæ. q cũ equis albis veniens in auxiliũ Troiano℞, a Diomede et Vlysse noctu ĩ suis castris occisus fuit. Est etiã fluuius circa Troiam.
Rhetia regio circa alpes vel in alpibus, quã aliq putãt esse austriã vel sueuiã. Nã rheti sunt gens al

pina, Alij dicūt rhetiā esse pedemontanā regionē.

Riphæi montes sunt in scythia a perpetuo vento rū flatu appellati. Nam riphizo græce significat flo, Inde riphæus accipitur pro scythicus & aquilonaris, vt riphæus populus & riphæa nix.

Rhodanus a curta fluuius Galliæ, ortus in alpibus, & alobroges a celtis separās, & lacui Lemano mixtus, & iterū egressus Lugdunū & viennā vrbes adit: deinde ligusticum mare tribus ostijs influit.

Rhodos clara insula in mari carpathio opposita lyciæ & Aegypto. In ea fuit Colossus. 70. cubitis altus. & alij colossi minores centum. Est autem Colossus ingens statua.

Rhodope o curta, mons in Thracia. Etiam Meretrix in Aegypto fuit cōserua quondam Aesopi q̄ grandem struxit Pyramidem.

Rhetus mons Troiæ, in quo sepultus fuit Aiax Thelamonius. Inde Rheteus, id est Troianus.

Romulus & Remus gemini, filij Martis & Iliæ. Vide supra Ilia & Remus. Ergo Romulus fuit cōditor vrbis Romæ & prim⁹ rex. 2. rex fuit Numa Pōpili⁹. 3. Tullus Hostilius. 4. Anc⁹ Marti⁹. 5. Tarquini⁹ Priscus. 6. Seruius Tullius. 7. & vltim⁹, Tarquinius Supbus. Postea cōsules habuerūt Romani

Rostra templum Romæ in foro ante curiā, sic dictum, quod illi affixa erāt rostra nauiū hostiliū, Antiatibus ablata quondam.

Rothomagum vrbs Galliæ in ducatu Normaniæ.

Rhuteni populus Galliæ in prouincia Bituricensi. Alij sunt Rhuteni in Scythia vltra Liuoniā, alio nomine russi vel Rrassiani.

Rubicō fluui⁹ ī Italia separās Galliā a flaminia. Luc. Puniceus rubicon cum feruida canduit æstas. Est autem inter Ariminum & Rauennā, a rubore aquæ appellatus.

Rudiæ arū, uet⁹ oppidū Apulię, patria Ennij poetę

Rutuli vetus populus in Latio, quorũ rex Turnus cum Aenea bellũ gessit scdm Vergiliũ.
Rutuba med. cur. fluui⁹ Ligurię, ex Apẽnino fluẽs

SAba vrbs metropolis in Arabia felici in mõte sita, vnde Sabæa regio dicitur, in qua sola th⁹ nascitur, & sabij popul⁹ ipse. Verg.
Solis est thurea virga sabæis.
Alij volũt qd̃ saba sit regio, sabota vero vrbs.
Sabini vet⁹ Italiæ popul⁹ in Latinos & Vmbros rigidis moribus. Quorũ filias in spectaculo rapuerũt primi Romani carentes vxoribus: ob qd̃ sabini multa bella gesserunt cũ Romanis. Sed multi ex eis victi, Romã migrauerunt.
Sabelli iidẽ qui & sabini. Inde sabellicus.
Sabota vrbs Arabiæ felicis, alio noĩe saba, vt supra
Sacæ popul⁹ in scythia. Persæ aũt oẽs scythas vocant sacas a proxima sibi gente.
Sacra via locus Romæ, vbi Romulus & Tati⁹ rex sabinorum fœdus fecerunt.
Sacer mõs est trã s Aniene fluuiũ tertio ab vrbe miliario, quẽ mõtẽ occupauit olĩ plebs Romana, cũ a diuitib⁹ nimiũ grauaretur, & ibi tribuni plebis creati sunt. Dicitur aũt sacer mõs, qa Ioui sacrat⁹
Saguntus vel sagũtũ vrbs Hispaniæ, vltra Ibe(fuit rũ fluuiũ, mille ferme passus a mari, quã Romanis fauentẽ Hannibal euertit. Sed cũ viderent ciues vrbẽ capiendã, primores, aurũ & argentũ oẽ in ignẽ iactauerũt, ne hostis illo potiretur. In quẽ ignem multi etiã ciuiũ se miserunt. Nã alij oẽs pugnãtes occisi sunt, vt scripsit Liuius.
Saiticũ est vnũ de ostijs Nili, dictũ a Sais vrbe pro
Salamin vel salamis, insula in mari Eubo(pinqua. ico, contra Athenas, in qua est vrbs eiusdẽ noĩs.
Sta. Hos salamis populos, illos cerealis eleusis.
Etiam est vrbs in Cypro.

Salētinum ꝓmōtorium Italię ad oppidum circa Beneuentum.
Salij ſacerdotes Martis Romæ a Numa rege inſtituti, q̃ luſtrātes vrbē ſaltabāt portātes ancilia.i.ſcuta
Salapia oppidum Apuliæ, vbi Hannibal amore meretricio prope captus erat.
Salmacis a curta, fōs in Caria. Fabulātur fuiſſe nympha, q̃ Hermaphroditū Veneris & Mercurij filiū in fōte nudū reptū amplexās, deos orauit vt vnū e duob⁹ corpus fieret, idq̃ factum eſſe.
Salmone⁹ o lōga, Aeoli fili⁹ & rex Helidis, q vt deus eſſe crederetur, fulmina & tonitrua ſe mouere fingebat, quare tonitruo & fulmine ad inferos miſſus eſt.
Salacon quidā paup ſupbus. Vñ oēs pauperes ſupbi dicuntur ſalacones.
Salonæ arū, vrbs Dalmatiæ Luca.
Qua maris Adriaci lōgas ferit vnda ſalonas.
Samaria vrbs Syriæ vel Iudææ, caput vel Metropolis decē tribuum Iſrael, Quibus tandē captis & abductis, remiſſi ſunt illuc gētiles ad terrā colendā q̃ ſamaritani quoq; vocati ſunt, & tota illorum regio dicta ſamaria. itē vrbē ſamariā Herodes vocauit Sebaſten. Vide infra.
Samos eſt inſula in Aegæo mari circa Thraciā. Vñ & Samothracia vocatur, vbi Iuno ſumme colebatur. Altera eſt ī eodē mari inſula Samos cōtra Epheſum ſita.
Sānites populus fuit Italiæ inter Picenum Campaniam & Apuliam ortus a Sabinis, & a Samnio mōte appellatus, Hinc Samnites multa bella geſſerūt cum Romanis, deleti tandē a Sylla dictatore
Santones vel ſantoni o curta, populus Galliæ in aq̃tania,
Sangaris fluuius Phrygiæ.
Sappho mulier Leſbia.i.de inſula Leſbo, q̃ Lyrica

carmina ſcripſit:fuit enim docta poetris. Tandem amore Phaonis cuiuſdam iuuenis capta, cũ ille eã fugeret,ipſa impatientia animi ſe præcipitauit in mare de monte Leucate.

Sapis fluui9 Italiæ in flaminia prope Ceſenã vrbẽ

Sardanapalus penultima longa,vltimus Aſſyriorũ rex luxurioſiſſimus,& muliere corruptior. Cõtra quẽ coniurauit Arbactus præfectus Medorũ,quia viderat regẽ muliebri habitu inter mulieres verſari. Victus igitur prælio Sardanapalus fugit in regiam, & cum illa ſeipſum combuſſit.

Sarepta oppidum Phœuiciæ.

Sardinia inſula fertiliſſima frumẽti inter mare Tuſcũ & Aphricũ,diſtans a Corſica inſula ſtadijs.90.

Sardis pluraliter vrbs Lydiæ caput,regia Crœſi.

Sarmatæ a curta,populus Scythicus,prope Tanaim qui & Sauromatæ dicuntur,nunc & vulgo Poloni & Lytuani & pruſienſes,& cæteri.

Sarnus fluuius Campaniæ,ex monte eiuſdem nominis fluens.

Sarra vrbs Phœniciæ:alio nomine Tyr9. Vnde Sarranus,id eſt,Tyrius. Vergilius:

Sarrano dormiat Oſtro.

Sarpedon e longa filius Iouis,rex Lyciæ,occiſus apud Troiam.

Saſos inſula inter Epirum & Brundusium.

Satyri animalia in Aethiopia hũana ſpecie, ſed cornuta & caprinis pedibus. Veteres putabant eſſe ſemideos vel ruſticos deos. Vergilius:

Ferte ſimul ſatyriq́ pedem &c.

Hinc dictæ ſunt ſatyræ carmina quibus vitia carpuntur.

Saturnus filius Cæli & Veſtę vel Terræ, q ex Ope ſorore ſua genuit Iouẽ, Iunonẽ, Neptunũ, et Plutonem. Item dicitur filios mox vt nati ſunt comediſſe, Itẽ Cælo patri ſuo genitalia abſcidit. Tandẽ

a Ioue filio pulsus, ex Creta venit in Italiã, & ibi agriculturam docuit.
Sauo fluuius in finibus Campaniæ.
Sauona vrbs maritima Liguriæ.
Sauromatæ vide Sarmata. Iuuenalis:
Vltra sauromatas fugere hinc libet.
Saurus quidam sculptor eximius.
Scenitæ populus vagus in Arabia, qui morãtur in Scenis, id est tabernaculis aut tentorijs cilicinis.
Scæa porta Troiana, in qua fuit sepulchrũ Laomedontis regis, quo integro Troia capi non potuit.
Scæuola qui sinistra manu pro dextera vtitur, & sic appellatus fuit Mutius, postquam exussit dexteram. Vide supra Mutius.
Scamander fluuius Troiæ. Itẽ filius Hectoris, alio noĩe Astyanax. Itẽ Scamandria oppidũ Troiæ.
Scylla filia Nisi regis Megarensis, q̃ capta nefando amore Minois regis, qui Megaras obsidebat, vt illũ sibi cõciliaret, purpureũ capillũ patri abscissũ illi attulit. Fatalis nãq; erat ille capillus Niso, vt illo amisso, regnũ etiã amitti necesse esset. Minos autẽ Scyllam vt sacrilegã spreuit, nec secum ducere voluit. Sed cũ illa in nauem eius irruisset, Minos eã resti alligatã de puppe suspẽdit in aqua. Fabulantur autem poetæ quod in auem quæ Ciris, id est alauda dicitur, sit mutata, quã Nisus pater in haliætũ mutatus per sequi fertur. Altera fuit Scylla filia Phorci, quam Glaucus marinus deus cũ amaret & ab eo sperneretur, adijt Circen veneficam, petẽs vt carminibus suis illam induceret in amorem sui Circe vero Glaucũ amans, ab illo cõtempta aquã in qua Scylla se lauare solebat sic infecit, vt quam primum Scylla illam intrasset, mutaretur in monstrũ. Est igitur marinum monstrum, superius virgo, inferius piscis, lupinum ventrem, & caudã delphinam habens, vt ait vergilius in.3. Aeneidos.

Homerus aũt ait fcyllã habere fex capita & duo decim pedes, & more canis latrare. Reuera eft grã de faxũ in ficulo freto cõtra Charybdim, eminus effigiẽ humanã referens, & collifione fluctuũ re præfentans latrat⁹ canũ.

Scyrus infula in Aegæo, vbi Achilles a matre fuit ab fconditus habitu muliebri, ne vocaretur ad bellũ Troianũ. Vide fupra Deidamia. Inde fcyri⁹.

Scyron latro in Attica, qui in fcopulo fedens coge bat hofpites fibi pedes lauare & fe adorare. Qđ cũ facerent, eos præcipitabat in mare. Hunc Thefeus occidit, & illi⁹ offa dicuntur effe mutata in faxa, q̃ ab ipfo vocantur fcyronia.

Scyronia faxa funt in Attica, nõ longe a Megaris ad mare, p q̃ tranfitus eft difficilis, dicta a fcyrone latrone, vt fupra.

Scythia ampla & Barbara regio feptentrionalis ab India ad Germaniã porrecta, ab vno latere pontũ ab altero ryphæos mõtes habens, hinc fcythicus.

Scythopolis vrbs firiæ vel Iudææ.

Scopas optim⁹ fculptor marmorarius.

Sebafte vrbs Iudææ, olĩ dicta famaria. Sed Herodes appellauit eã febaften, qđ interpretatur augufta.

Sebeniticũ eft vnũ de oftijs Nili in Aegypto.

Seleucus vnus de principib⁹ Alexandri, & poft il li⁹ obitũ, prim⁹ rex Syriæ.

Seleucia vrbs Syriæ circa Antiochiã.

Selymbria ciuitas in ꝓpõtide, ꝓpinqua Byzãtio.

Semele e curta, filia Cadmi regis Thebarũ, quã Iupi ter imprægnauit, quare Iuno indignata & eã per dere volens, affumpta forma vetulæ q̃ fuerat nu trix femeles, eã adiit, & fingẽs fe dubitare an ama fius ei⁹ vere effet Iupiter, hortatur eã illũ rogare vt talis & tant⁹ fecũ cubaret, qualis & quãt⁹ cum Iunone fit folit⁹. Poftea cũ Iupiter femel iuraffet fe illi daturũ quicquid peteret, illa a Iunone dece

pta,id petijt qđ Iuno eã docuerat. Quare Iupiter vt iusiurandũ seruaret, Semelẽ qđ petierat, fulmine occidit. Infantẽ vero ex eiꝰ vtero sumẽs, q̃a nõdũ maturꝰ erat partui, suo femori imposuit, & tã diu fouit donec maternos menses cõpleret. Qui infans Bacchꝰ dictꝰ est, & a noĩe matris q̃nq; vocatur Semeleiꝰ vel semeleia ꝓles.

Semiramis a curta, regina Assyriorũ vxor Nini primi regis, post cuiꝰ mortẽ ipsa virili habitu vt filius regis putaretur diu regnauit, & regnũ bellãdo etiã auxit, & muros Babyloni circũdedit. Fuit etiam libidinosa, & tandẽ cũ filij sui concubitũ petisset, ab illo necata.

Sena vrbs Hetruriæ vel Tusciæ, octingẽtis stadijs a Roma distãs. Profertur etiã pluraliter senæ arum.

Senones o curta, populꝰ Galliæ celticæ, q olĩ in Italiã armata manu veniẽtes exercitũ Romanũ deleuerũt, ac Romã ꝑter capitoliũ ceperũt.

Senogallia vrbs Vmbriæ in Italia.

Sentinum oppidũ Italiæ in finibꝰ Vmbriæ & Piceni: alio noĩe saxoferratũ.

Serapis a longa, idolũ Aegyptiorũ: alio noĩe Apis Vide supra.

Seres pluraliter populꝰ in Asiatica scythia apud Indiã, q de suis arboribꝰ nobilẽ lanã depectũt, de qua fit sericum.

Sequana a curta, fluuiꝰ Galliæ celtas a Belgis definiens. Oritur in ducatu Burgundiæ & Parrhisios alluens, circa Rhothomagũ intrat Oceanum

Sequani a curta, ppl's Galliæ in comitatu Burgũdię

Seriphus i longa, parua insula & vna Cycladum in Aegeo mari.

Setia vrbs Cãpanię, vñ denominatur vinum setinũ

Sestos vrbs ad Hellespontũ sita cõtra Abidũ, patria Erꝰ puellæ, q̃ & Sestias appellatur. vide supra Ero.

Sybaris a curta, fuit vrbs magna Calabriæ in sinu

tarentino a Iamnē Cratidē, quæ vrbs.25.subditas habuit. sed tandē delicijs & luxuria dediti ciues omne robur amiserunt, & breui tēpore a Crotoma tis victi & deleti sunt. Hinc Sybariticus ponitur pro luxuriosus. Fuit etiā Sybaris aliud oppidum 12. milibus passuum distans á Roma.

Sybilla dicitur omnis fœmina diuinās vel prophe tans, & interpretatur diuinum consilium. Varro & Lactantius enumerāt Sybillas decē. Quarū prí ma fuit Persica, altera Libyca, tertia Delphica, quarta Cumæa, quinta Erithrea, sexta Samia, se ptima Cumana, quæ Tarquinio Superbo regi Ro manorū attulit nouē libros prophetijs plenos, p quibus poscebat trecentos philippeos aureos. Cū autē rex ob magnitudinem petiti pretij rideret, illa in eius præsentia tres librorum exussit. Deinde regē interrogauit an eodē pretio sex reliquos libros emere vellet. Illo renuente, ipsa iterū tres combussit. Et cū pro tribus residuis adhuc peteret idem pretiū. rex mulieris constantiā admiratus pecuniam dedit, & libros accepit, qui Romæ diligenter seruabantur a quindecim viris ad hoc ordinatis, & periculosis temporibus legebantur. Postea tamē aucti sunt hi libri additis carminib9 aliarū Sybillarū. Octaua Sybilla fuit Hellespōtica in agro troiano nata. Nona fuit Phrygia, decima Tiburs vel tiburtina. Et omnes Sybillæ de Christi incarnatione scripserunt, vt ait Lactantius.

Sycambri populus Germaniæ finitimi Menapijs ad vtranq; Rheni ripam. Et putātur esse Gelrienses.

Sicania est Sicilia. sic appellata a sicanis populis, q̃ ex Hispania primo in Italiam iuerunt, deinde in Siciliam progressi sūt. Vnde Sicani dicuntur sicu li vel Sicilienses

Sicilia nobilis insula, angusto vel periculoso freto di stās ab Italia, cui olim fuerat adiuncta. Hinc sicu-

lus & ſiciliẽſes. Greci vero ſicelia ꝑ eſcribũt, vñ & verg. patronymicum fœmininũ fecit Sicelis cũ ait. Sicelides muſę &c. Item Sicilia habet tria ꝓmõtoria, de quibus vide trinacria.
Sycion vel ſycionia, vrbs vet⁹ Achaię in Laconia apd quã oleę multę ſunt. Eſt & inſula in Aegeo contra Epidaurum.
Sicoris o curta, fluuius Hiſpaniæ, Luca.
Heſperios inter ſicoris non vltimus amnes.
Sidon vrbs maritima phœnicię, a copia piſciũ ſic appellata, vbi primũ factũ fuit vitrũ.
Syene e lõga, inſula vel vrbs in cõfinibus Aethiopiæ vel Aegypti directe ſub tropico æſtiuo, i. cãcro, in extremo torridę zonę.
Sigeon eſt ꝓmontoriũ Troadis vel Troiæ.
Syla mõs & ſylua Lucaniæ.
Sylla nobilis Romanus q̄ Mithridatem regẽ debellauit, & cõtra Mariũ Romanũ cruentiſſimũ ciuile bellũ geſſit, & marianos. i. fautores Marij crudeliſſime necauit. Deinde cũ fuiſſet dictator. i. ſolus Romę pĩceps, depoſita dictatura, obijt morbo pediculari, vel (vt volũt) ira nimia ſanguinẽ
Silen⁹ e lõ. nutriti⁹ & pedagog⁹ Bacchi. (vomẽs.
Siler vel ſilerus fluui⁹ Lucanię, alluens ſalernũ oppidũ, & cãpaniã a Lucania ſeparãs, qui fluuius cum alibi ſaluber ſit, tñ vltra ſurrentũ oppidũ, quicquid in eũ ꝓijcitur dureſcit in lapidẽ, vt inquit Plinius.
Syluanus deus ruſticus ſyluarum.
Syluia. i. Ilia mater Romuli.
Simeth⁹ fluuius Siciliæ, non ꝓcul a Catanenſi vrbe.
Simonides Grec⁹ poeta lyric⁹ ex ĩſula Cea oriũd⁹, & fuit prim⁹ Lyric⁹ apd Grecos, aptiſſim⁹ ad mouẽdas lachrymas, flebile carmẽ inuenit.
Simois o curta, fluuius Troianus ex Ida mõte ꝓfluens, & tandem Xantho miſcetur.

Symplegades sunt duo scopuli ĩ mari, qđ dicitur Hellespontus, inter quos est difficilis & periculosa nauigatio. Vocãtur etiam syndromades. i. concurrentes, quia eminus videntur concurrere Etiam vocantur Cyaneę, vt supra.

Sina mons in deserto Arabię, alio nomĩe Oreb vel choreb. In quo Moses legẽ & præcepta accepit a (Deo.

Synadis oppidũ Phrygię, vnde Marmor synadicum.

Synopes fuit vrbs iuxta põtum vel ĩ cappadocia Diogenis cynici patria.

Sipontum vel Sipuns huius sipuntis, clara vrbs in Apulia apud montem Garganum, a Diomede cõ (structa.

Syphax rex Numidiæ victus a Scipione

Syphnus insula in Aegeo mari & argẽti ferax olĩ

Syracusę arũ, vrbs pulcherrima & nobilissima in Sicilia iuxta pachinum ꝓmõtoriũ, quæ tres muros & tres arces habebat & portũ marmoreum.

Syrenes tres filiæ Acheoli fluuij & calliopes musę q̃ habitant in quadã insula inter Italiam & Siciliam, & dulcedine cantus sui nauigantes alliciebant, ac deinde necabant. Vlysses aũt illac nauigaturus, aures sociorum suorum cera clausit, ne audirent cantus illarum, seipsum autem ad malũ nauis alligari fecit, & sic euasit, vt inquit Homerus. Syrenes autem de sui contemptu adeo doluerunt vt se in mari præcipitarent.

Syria est regio maioris Asiæ, uxta Iudeam. Quidã tñ syriam vocant totam illam regionem quæ cõtinet phœniciam, palestinam, mesopotamiam, & babyloniam, quæ & assyria dicitur, hinc syrus.

